





ARCHIVES
DU COGNER

(J. CHAPPÉE — LE MANS)

Publiées avec le concours

DE

L'ABBÉ L.-J. DENIS


Série H



PARIS
HONORÉ CHAMPION,
LIBRAIRE
9, Quai Voltaire

LE MANS
A. DE SAINT-DENIS,
LIBRAIRE
Rue Saint-Jacques

1903



Printed in France.

PRÉFACE

Le volume que je présente aujourd'hui au public est le premier d'une série qui a pour objet de faire connaître les documents de ma collection du Cogner.

Il y a plus de vingt-cinq ans que j'ai commencé à réunir les premiers éléments de cette collection, et, à l'heure présente, elle comprend au moins vingt mille pièces, dont beaucoup seraient maintenant perdues si je ne les avais sauvées. Je les ai trouvées dans des greniers, exposées à la dent des rats, dans des coffres où déjà l'humidité les avait compromises, et jusque dans la hotte du chiffonnier. J'ai pu dans ces différents lieux recueillir des documents rares, des chartriers presque complets, et des collections particulières délaissées depuis la mort de ceux qui les avaient formées.

Il m'a fallu ensuite classer cette masse de titres provenant de sources si diverses. Pour cela j'ai eu la bonne fortune de trouver un auxiliaire aussi compétent que zélé en mon ami l'abbé L.-J. Denis, qui a bien voulu consacrer à mon œuvre tous ses loisirs. De concert, nous avons mis de l'ordre dans ces paperasses, puis nous nous sommes occupés de les classer d'une façon logique et définitive. Pour arriver à ce résultat, nous avons adopté la méthode imposée pour les Archives Départementales, méthode qui nous permettait de

donner une place à tous nos documents, tout en conservant en leur intégrité les fonds qui nous étaient parvenus entiers.

Sauver ces documents et les classer ne me semblait pas suffisant : il était nécessaire, pour que le but que je m'étais dès l'origine proposé fût atteint, de les rendre accessibles aux travailleurs. Beaucoup de titres précieux étaient chez moi bien loin de leur pays d'origine et risquaient fort, en conséquence, de demeurer inutiles. C'est pour remédier à cet inconvénient que j'ai cru devoir entreprendre la publication des Archives du Cogner, *dans laquelle seront imprimées* in extenso *les pièces les plus anciennes et les plus importantes, et analysées soigneusement celles d'un intérêt moindre.*

Mon but est de donner à ceux qui s'occupent de l'histoire de nos provinces des instruments de travail; il ne faut donc pas chercher autre chose dans cette publication qu'un inventaire complet de ce que je possède. Je me suis appliqué à reproduire avec exactitude les textes anciens et à noter dans les analyses tout ce qui m'a paru mériter d'être mentionné; aux érudits d'interpréter ces textes, d'identifier les noms de lieux et de discuter les dates. Pour les aider dans ce travail, et dans l'intérêt de la science, je mettrai à leur entière disposition les originaux eux-mêmes. Si donc quelques parties de mes lectures leur semblent improbables, ou s'ils veulent se renseigner plus complètement sur un acte sommairement analysé, ils auront la facilité de recourir au texte, et je recevrai toujours avec plaisir les demandes de communication qu'ils voudront bien me faire.

Dans ma collection se trouve un nombre vraiment considérable de pièces scellées et de sceaux détachés. J'espère pouvoir un jour publier un album dans lequel ces sceaux seront reproduits par la phototypie et accompagnés de quelques pages de description.

J'ai cru devoir donner ces explications en tête de ce

premier volume, afin de faire bien comprendre le but que je poursuis.

Cette année je publie toutes les pièces qui rentrent dans la série H, c'est-à-dire celles qui intéressent les maisons religieuses : abbayes, monastères, couvents, et les hospices et madreries. J'ignore l'accueil que recevra ce volume, mais du moins ai-je la conviction que les vrais travailleurs sauront oublier ses imperfections et ne tenir compte que de la bonne volonté de son auteur.

Le Cogner, 8 septembre 1903.

J. CHAPPÉE.

ARCHIVES DU COGNER

(J. Chappée — Le Mans.)

SÉRIE H

ORDRES RELIGIEUX

ORDRE DE SAINT-BENOIT

Abbayes d'Hommes

ABBAYE DE SAINT-VINCENT DU MANS

Article 1.

(47 pièces.)

1. — 1188. — Don de terres, fait a l'abbaye de Saint-Vincent du Mans, par Thomas de René, clerc. — P., Cenomanensis precentor, omnibus ad quos presens scriptura pervenerit, salutem in perpetuum. Notum fieri curavimus quod, cum Thomas de Reneio, clericus, dilectis in Xristo monachis Sancti Vincentii, pro pensione quadam ab eis recepta, tres sextarios frumenti et tres avene reddere teneretur, eisdem, per manum nostram, nomine elemosine contulit et concessit quamdam noam et duo novalia terre perpetuo possidenda ut eum pro pensione illa redderent absolutum. Monachi vero super elemosina illa pro omnibus serviciis tres denarios annuatim persolvent. Quod ut ratum et firmum permaneat, sigilli nostri munimine fecimus confirmari. Actum publice Cenomani, incarnati Verbi anno M° C° LXXX° VIII°, his presentibus : Gervasio Pistore, W. Rufo, Gaufrido de Pratis et multis aliis. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

2. — 1208. — Don fait par Emmeline de Banvou, Regnauld, Hubert et Thomas, ses enfants, a l'abbaye de

SAINT-VINCENT, DE DIVERS BIENS SITUÉS EN LA PAROISSE DE SAINT-MARTIN DE DANGEUL. — Universis Xristi fidelibus ad quos littere iste pervenerint, Hamelinus, Dei gratia Cenomanensis ecclesie humilis minister, salutem in Domino. Causa recordationis et memorie constare volumus universis quod Emmelina de Banvou, Raginaldus, Herbertus et Thomas, ejus filii, dederunt abbatie Beati Vincentii Cenomanensis, in puram et perpetuam elemosinam, medietatem tenementi quod fuit Hermenaudi defuncti, et duas oscas terre sitas in parrochia Beati Martini de Dongel, et unum pratum in eadem parrochia situm juxta Maignenias; et hanc e[lemosi]nam tenere pacifice quitam ab omni servitio juraverunt, quia super suis aliis terris servient dominis feodorum. Quod ut melius et firmius observetur, presentem cartulam sigilli nostri munimine dignum duximus roborandum *(sic)*. Actum anno gratie M° CC° VIII°. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

3. — 1210. — DON PAR GAUTIER DE MONLAY ET AGATHE, SA FEMME, A L'ABBAYE DE SAINT-VINCENT, DE BIENS EN LA PAROISSE DE SAINT-GEORGES DE DANGEUL. — Universis Xristi fidelibus presentem paginam inspecturis, Hamelinus, Dei gratia Cenomanensis episcopus, salutem in Domino. Noverit univers[itas] vestra quod Galterus de Monloy et Agatha, ejus uxor, dederunt et concesserunt coram nobis, in puram et perpetuam elemosinam, Deo et abbatie Beati Vincentii Cenomanensis, omnia illa que adquisierant in parrochia Beati Georgii de Dongeol, videlicet in terris, vineis, pratis et nemoribus, et terciam partem hereditatis sue. Quod ut ratum et stabile habeatur et ne in posterum oriatur calumpnia, ad p[artium] petitionem, sigilli nostri munimine presentem cartulam fecimus roborari. Actum anno gratie M° CC° decimo. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

4. — 1216, novembre. — CONSENTEMENT DONNÉ PAR ROBERT, NEVEU DE GAUTIER DE MONLAY, ET PAR ALNULPHE, SON FRÈRE, A LA DONATION FAITE PAR LEDIT GAUTIER A L'ABBAYE DE SAINT-VINCENT. — Omnibus ad quos presens pagina pervenerit, officialis curie Cenomanensis, salutem in Domino. Constitutus in presencia nostra Robertus, nepos Galterii de Monloi, recognovit se vendidisse Galterio, avunculo suo, quicquid habebat in parrochia Beati Georgii de Doniolio, scilicet terras, boscos, hebergamentum, censarios et vavassorios, pro XXX^{ta} VI libris cenomanensium. Postea concessit vendicionem quam pater suus fecerat dicto Galterio, scilicet

oscam terre venditam pro XIII libris cenomanensium, et etiam terciam partem hereditatis quam dictus Galterius tenebat. Abbatie Beati Vincentii hec omnia concessit Alnulphus, frater dicti Roberti; et tam Robertus quam Alnulphus fidem dederunt in manu nostra quod in dictis rebus, per se vel per alium, nichil de cetero reclamarent; et de denariis dictarum vendicionum tenuerunt se pro paccatis, facta coram nobis persolutione tam vendicionum quam concessionum. Nos vero, ad instanciam parcium, presentes litteras sigillo Cenomanensis curie fecimus roborari. Datum anno Domini M° CC° XVI°, mense novembrio. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

5. — 1218. — DON FAIT PAR LAMBERT TORTAN A L'ABBAYE DE SAINT-VINCENT DE CINQ ARPENTS DE TERRE SITUÉS A MONLAY, DONT IL CONSERVERA LA JOUISSANCE SA VIE DURANT. — Officialis curie Cenomanensis, universis presentes litteras inspecturis, in Domino salutem. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod Lanbertus Tortannus dedit et concessit in perpetuam helemosinam abbati et monachis Beati Vincencii Cenomanensis v jugera terre sita apud bugnonem de Monloi, quam terram tenet et tenebit de dictis monachis quoad vixerit, singulis annis faciendo II denarios censuales, et pro vestitura habenda monachis reddet dictus Lanbertus annis singulis unum sextarium avene, et sic dictam terram quamdiu vixerit pacifice possidebit. Quod ut ratum permaneat in futurum, sigilli curie Cenomanensis munimine presentem paginam fecimus roborari. Actum anno gratie M° CC° XVIII°. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

6. — 1218, octobre. — CHARTE DE GUILLAUME DE DOUCELLES, CHEVALIER, PAR LAQUELLE IL RATIFIE LES DONATIONS FAITES A L'ABBAYE DE SAINT-VINCENT DU MANS ET AU PRIEURÉ D'ASSÉ PAR GAUTIER LE BOIGNE, SON PRÉDÉCESSEUR. — Universis Xristi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint, Willelmus de Dulceola, miles, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod ego Willelmus, inspectis diligenter litteris predecessoris mei Galterii Le Boigne et donationibus factis ab ipso Galtero monachis Beati Vincencii Cenomanensis et domui monachorum de Aceio, omnes donationes quas fecit, sicut in litteris suis vidimus contineri, ratas habui et habeo et concedo et confirmo. Hec autem sunt donationes : terra de Cam[po] longo et tota sepes transversa sita inter Aceium et domum leprosorum de Aceio, et viginti solidos *(sic)*

cenomanensis monete, reddendi ad diem Natalis Domini, assignati super molendinos de Prato, et quecumque erunt necessaria abbatie Beati Vincencii Cenomanensis et domui predictorum monachorum de Aceio in omnibus in foresta de Pail, et dimidium pratum de Vallibus, et jus patronatus ecclesie de Aceio, et quod ego nec heredes mei aliquem monachum ullo jure in abbatia Sancti Vincencii [po]ssumus facere, nec super hoc ullam habemus dignitatem. Et ut hec donationes omnes et [...]tiones rate et inconcusse permaneant in perpetuum, ego Willelmus de Dulceola, he[res] predecessoris mei Galterii Le Boigne, pro salute anime sue et mee et antecessorum meorum, sigilli mei munimine presentem cartulam confirmavi. Actum anno gratie millesimo ducentesimo octavo decimo, mense octobris. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

7. — 1221, 21 novembre. — SENTENCE DE L'OFFICIAL DU MANS CONFIRMANT LA VENTE FAITE PAR RAOUL DE L'AUNAY A L'ABBAYE DE SAINT-VINCENT DU QUART DU MOULIN DE COUDRAIS, ET INTERDISANT A GEOFFROY DE SCEAUX, CHEVALIER, DE TROUBLER LES MOINES DE CETTE ABBAYE DANS LA JOUISSANCE DU BIEN PAR EUX ACQUIS. — Universis Xristi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint, officialis Cenomanensis, salutem in Domino. Cum monachi Sancti Vincencii Cenomanensis peterent a Gaffrido de Ceaus, milite, quod cessaret a molestacione quam eis inferebat super quarta parte molendini de Codrais, quam eisdem vendiderat Radulphus de Alneto, et idem Gaffridus recognovisset in jure illam vendicionem factam fuisse a predicto Radulpho de voluntate et consensu Alermi de Tuffeio, a quo dictus Radulphus tenebat rem illam, qui Alermus tenet ab eodem Gaffrido partem illam cum alia parte sua ad equm *(sic)* servicii et ad rectas tallias; et cum idem Gaffridus diceret quod dictus Alermus non injuriabatur eidem super equo servicii nec super rectis taliis, sed quia dicebat quod venditor non tenebat molendinum in statu in quo debe[bat, tam] in molagio quam in exclusa, nolebat quod vendicio teneret supradicta : nos plenar[ie. . . . . .] habita tam super vendicione quam super injuria dictis monachis irrogata, pronontiavimus [def]finitive violenciam esse eisdem monachis amovendam et vendicionem tenere prenotatam. Quod ut ratum sit, presentes litteras sigillo curie Cenomanensis fecimus roborari. Actum anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo primo, dominica ante festum sancti Clementis. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

8. — 1230, 29 avril. — VENTE PAR FOULQUES DE SORÈNE ET THECELOTE, SA FEMME, A L'ABBAYE DE SAINT-VINCENT, D'UNE VIGNE NOMMÉE BURCÉ, SITUÉE A COURGAINS. — Universis Xristi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint, officialis C[enomanensis], salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Fulqueius de Sorene et Thece[lo]ta, uxor ejus, coram nobis constituti, vendiderunt abbati et conventui Sancti Vincencii [. . . . .] [quam]dam vineam que vocatur Burceium, sitam apud Corgaain, de fe[odo. . . . .]s et conventus, quam possedit Willelmus Esdriz, pro quatuor libris cenomanensium [. . . . .] paccatis. Dicta vero Thecelota renonciavit omni juri suo si [. . . . .] et fide prestita firmavit quod in dicta vinea dotalicio sive aliquo jure [. . . . .] clamaret. Quod ut ratum sit, presentes litteras sigillo curie Cenomanensis fecimus roborari. Auctum anno Domini M° CC° XXX°, die lune ante festum apostolorum Philipi et Jacobi. — *(Orig. parch. lacéré, sceau perdu.)*

9. — TRANSCRIPTION DE TROIS CHARTES RELATIVES AUX ÉGLISES DE FLÉE, DE SAINT-LÉONARD-DES-BOIS ET DE LA CHAPELLE-SAINT-REMY.

1249, décembre. — CHARTE INCOMPLÈTE RELATIVE A L'ÉGLISE DE FLÉE. — . . . . . de Toireio et ecclesia et parrochia de Flee, videlicet : duas partes decimarum in cultura Petri de Flee, militis, in gaagneria de la Poterie, tam terris quam vineis, et in vineis Huberti de Ponte, in gaagneria de Sarreuel et in vineis Marsilelli, et tractum et paleas earumdem decimarum, et dudecimam *(sic)* partem in decimaria de feodo de Ameneio, et duas partes in oblationibus videlicet in festo Omnium Sanctorum, in Natale Domini et Pascha, et medietatem oblationum in Purificatione beate Marie et in festo apostolorum Petri et Pauli, et duas partes primiciarum locorum predictorum perciperent et haberent predicti abbas et conventus. Philippo, rectori ecclesie de Flaee, et ejus successoribus, cum assensu nostro, omnia premissa, ad firmam perpetuam, pro triginta et quinque solidis cenomanensium, tradiderunt perpetuo possidenda, quorum medietatem dictus Philippus et ejus successores, sub pena quinque solidorum turonensium, ad synodum Pentechostes, et aliam medietatem ad synodum Omnium Sanctorum, sub pena consimili, singulis annis reddere tenebuntur ad opus prioratus de Toireio supradicti. Et sic quadam vinea dicti prioratus circa dimidium arpennum vinee continens, sita in parrochia de Flee, in qua dictus rector percipiebat decimam, vide-

licet undecimam jalleiam pro decima, dicto prioratui remanet libera et immunis de decima supradicta, ita quod dictus rector nec ejus successores decimam in dicta vinea petere non poterunt in futurum. Nos autem hujus traditionem confirmantes, de consensu dictorum abbatis et conventus et dicte persone adjudicamus predicta fideliter observari. In cujus rei testimonium, presentes litteras eisdem contulimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M° CC° quadragesimo nono, mense decembri.

1268, novembre. — Transaction entre l'abbé de Saint-Vincent et le prieur de Saint-Léonard-des-Bois, d'une part, et les paroissiens dudit Saint-Léonard, de l'autre, au sujet du partage des offrandes faites en l'honneur des reliques de saint Léonard. — Universis presentes litteras inspecturis, Gaufridus, divina permissione ecclesie Cenomanensis minister humilis, salutem in Domino. Noveritis quod, cum[1] contencio verteretur inter religiosos viros abbatem et conventum Sancti Vincentii Cenomanensis et eorum priorem de Sancto Leonardo de Nemore, ex una parte, et parrochianos ecclesie Sancti Leonardi de Nemore, ex altera, super oblationibus que in dicta ecclesia offeruntur ob reverentiam et honorem reliquiarum sancti Leonardi de Nemore, tandem dicti religiosi et Johannes Gombaut, procurator dictorum parrochianorum, litteratorie constitutus, habens speciale mandatum ad compromitendum a parrochianis dictis, in nos compromiserunt super premissis tanquam in arbitrum, promittentes fide data se fideliter servaturos quicquid super premissis alte et basse ordinaremus. Nos auditis hinc inde propositis, arbitrium nostrum sine scriptis de consensu parcium presentes super dictis oblationibus taliter ordinamus, presente rectore dicte ecclesie et in hoc consentiente expresse, quod dicte oblationes que de cetero erunt oblate in dicta ecclesia ob reverenciam dictarum reliquiarum in tres partes dividentur, ita quod prior, qui pro tempore erit, habebit terciam partem, et rector ecclesie terciam partem, et alia tercia pars, ex permissione et concessione nostris potius quam de jure, in quemdam troncum ad opus fabrice dicte ecclesie reponetur, ita tamen quod si parrochiani dicte ecclesie priorem, qui pro tempore erit, inquietaverint super tercia parte eidem remanente, quod alia tercia parte ad fabricam ecclesie remanente ipso facto privabuntur et inter priorem dicte ecclesie

1. Le mot *cum* a été omis par le copiste.

et rectorem, qui pro tempore fuerint, equaliter dividetur. Et erunt reliquie in vigilia sancti Leonardi extracte, ut moris est, a mane usque ad principium vigilie, et incepta vigilia dicte reliquie usque ad crastinum reponentur, et in illo crastino, scilicet die festi, parrochiani in illis oblationibus factis ratione dictarum reliquiarum nichil percipient vel habebunt. Sumptus autem vasorum pro dictis reliquiis observandis ad priorem et presbyterum pro duabus partibus pertinebunt, quod jam de factis volumus observari. Nos vero hujusmodi ordinationem auctoritate nostra confirmantes eisdem religiosis presentes litteras dedimus sigilli nostri munimine roboratas in testimonium veritatis. Datum in crastino synodi Omnium Sanctorum, anno Domini M° CC° sexagesimo octavo.

1269, 3 juillet. — Transaction entre l'abbé de Saint-Vincent, au nom de son prieuré de Tuffé, et le curé de la Chapelle-Saint-Remy, au sujet de la perception de la dîme dans la paroisse de la Chapelle-Saint-Remy. — Universis presentes litteras inspecturis, Gaufridus, divina permissione Cenomanensis ecclesie minister humilis, salutem in Domino. Noveritis quod, cum contentio verteretur coram nobis inter abbatem et conventum Sancti Vincencii, nomine prioratus sui de Tufeio, ex una parte, et rectorem ecclesie de Capella Sancti Remigii, nomine ecclesie sue predicte, ex altera, super tractu decime dicte parrochie, cum pertinentiis, prout laici quamdiu est possidebant, tandem dicte partes, auctoritate nostra ad hoc interveniente et assensu, composuerunt super premissis in hunc modum, quod dictus rector et ejus successores, qui pro tempore erunt, de cetero tenebunt grangiam ubi ponitur decima dicte parrochie in bono statu pro tercia parte, et de ea tercia parte facient voluntatem per totum annum, et prior de Tufeio, qui pro tempore erit, pro duabus partibus. De tractu vero decime ita est ordinatum, quod prior de Tufeio habebit in dicto tractu duas partes, et rector dicte ecclesie terciam partem, ita tamen quod dictus abbas, nomine dicti prioratus, in presenti anno dictum tractum integre percipiet et habebit, et dictus rector in augusto secundo venturo dictum tractum integre similiter cum pertinenciis percipiet et habebit, et ex tunc prior de Tuffeio, qui pro tempore erit, dictum tractum per duos annos continuos percipiet et habebit, et rector dicte ecclesie dictum tractum in tercio anno, nomine sue ecclesie, cum pertinenciis percipiet et habebit; et sic erit in futurum terminis seu annis revolutis. Nos vero de consensu parcium predictarum omnia predicta adjudicamus tenenda. Et

ea sigillo nostro fecimus sigillari in testimonium veritatis. Datum anno Domini M° CC° LX^mo nono, in vigilia sancti Martini estivalis.

De collatione facta constat per appositionem contrasigilli curie Cenomanensis. Ego Guillelmus de Lameurs, Cenomanensis notarius curie, hujus feci collationem cum Guillelmo Messent, procuratore abbatis Sancti Vincencii Cenomanensis. — *(Copie du* XIIIe *siècle sur une feuille de parchemin dont le haut a été enlevé, sceau perdu.)*

10. — 1251/1252, 12 février. — Vente par Michel Choesnet, Guy Nicolas, Guy de Lihere, et Laurent Mars, a Jean Chesnel et Macée, sa femme, d'une pièce de terre sise en la paroisse de Savigné-l'Évêque, au fief de Chères. — Universis presentes litteras inspecturis, officialis Cenomanensis, salutem in Domino. Noveritis quod, in nostra presentia constituti, Michael Choesnet, Guido Nicolas, Guido de Lihere et Laurencius Martius, vendiderunt Johanni Chesnel et Mathee, ejus uxori, quandam petiam terre vigenti sulcos continentem, quam terram ipsi habebant in parrochia de Savigneio Episcopi, in feodo Herberloti de Chaeriis, apud Nuilleium, juxta terram dicti Johannis, ut dicebant. Et facta fuit dicta venditio pro viginti solidis cenomanensium, de quibus dicti Michael et ejus consocii se tenuerunt pro pagatis, renuntiantes expresse exceptioni non numerate et non tradite pecunie, ita quod eam de cetero non poterunt allegare. Et tenentur iidem Michael et ejus consocii garantizare et defendere dicto Johanni et ejus uxori et eorum heredibus dictam venditionem contra omnes, quantum jus dictabit, ad duos denarios cenomanenses censuales reddendos annuatim domino feodali, ad festum Omnium Sanctorum, sine alia redibitione; et de hoc faciendo et de reddendo eisdem Johanni et ejus uxori, ad eorum dictum, post sacramentum suum, sine alia probatione, et eorum heredibus ad legitimam probationem eorum, omnia damna et deperdita, si que ob defectu garantizandi et defendendi aliquo modo sustinerent, obligaverunt eis iidem Michael et ejus consocii se et heredes suos et omnia bona sua quo ad hoc tam presentia quam futura. Et de hiis omnibus tenendis se astrinxerunt fide prestita corporali. Nos autem, ad eorum petitionem, omnia ista adjudicamus tenenda, et ea sigillo curie Cenomanensis fecimus roborari. Actum anno Domini M° CC° quinquagesimo primo, die lune post octabam

Purificationis beate Marie. — G. de Broil(?)[1] — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

11. — 1255, 9 octobre. — VIDIMUS D'UNE CHARTE DU 7 MAI 1253, ATTESTANT LA VENTE FAITE PAR GUILLAUME DE CHÈRES ET TYÈTE, SA FEMME, A ROBERT DE CONTRES, CLERC, D'UN DEMI-ARPENT DE VIGNES, DANS LA PAROISSE DE SAVIGNÉ-L'ÉVÊQUE[2]. — Universis presentes litteras inspecturis, officialis Cenomanensis, salutem in Domino. Noveritis nos litteras sigillo curie Cenomanensis et venerabilis R., decani Cenomanensis, et domini Gaufridi de Mareio, canonici Cenomanensis sigillis sigillatas, [. . . . .] hec verba vidisse :

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Cenomanensis, salutem in Domino. No[verit. . . . .] quod in nostra presentia constituti Guillermus de Chaeriis et Tyete, ejus uxor, vendiderunt in [. . . . .] Roberto de Contris, clerico, dimidium arpentum vinee sue site in parrochia de Savigneio Episcopi [. . . . .]illa, in feodo domini Gaufridi de Marreio, canonici Cenomanensis, domini de Chaeriis, ut dicebant [. . . . .]a venditio pro octo libris et dimidia turonensium, de quibus se tenuerunt in jure coram nobis [. . . . . pe]cunia numerata, renunciantes specialiter et expresse exceptioni non numerate nec tradite pecunie [. . . . .] de cetero non poterunt allegare. Et dederunt fidem in manu nostra dicti Guillermus et ejus uxor [. . . . . .]pi garantizabunt et defendent dictam venditionem dicto magistro et ejus mandato contra omnes, quantum jus dictabit, ad quatuor denarios cenomanenses censuales reddendos annuatim apud Chaeres domino feodali supradicto aut ejus mandato, die festo Nativitatis beati Johannis Baptiste, absque alia redibitione, excepta decima consueta, et quod dimidium arpentum vinee supradictum alicui non est obligatum nec venditum preterquam magistro supradicto, et quod dictam venditionem, per se vel per alium, de cetero nullatenus revocabunt nec contraibunt, immo eam fideliter observabunt, et quod in dicta vinea, per se vel per alium, ratione dotalicii seu elemosine vel aliquo alio

1. Cette charte, et plusieurs autres qui ne semblent pas intéresser Saint-Vincent, étaient cependant conservées au trésor de cette abbaye. Celle-ci était classée, ainsi que la suivante, dans le fonds de la *Prévosté,* layette de *Savigné-l'Évêque.*

2. La vigne dont il est ici question fut donnée par l'acheteur à l'abbaye de Saint-Vincent, ainsi qu'en fait foi un autre document de la vigile de saint Denis, 1255. Voir Alouis, *Le fief de Chères et ses seigneurs.*

titulo sibi modo compectenti, nichil de cetero reclamabunt. Et ad hec se et heredes suos et bona sua mobilia et immobilia, presentia et futura, dicti Guillermus et ejus uxor penitus obligarunt et ad reddendum eidem magistro et ejus mandato dampna et deperdita, si qua ob defectu garantizandi et defendendi aliquatenus sustinerent; omne jus, dominium et omnem possessionem et omnem proprietatem, que et quas habebant vel habere poterant in dicta vinea in dictum magistrum transferrendo, nichil sibi nec suis heredibus in dicta vinea retinendo. Et quia vinea proveniebat ex parte dicte Tyete, idem Guillermus dedit eidem Tyete, in excambium dicte vinee, duo jugera terre sita apud la Rousselere, in feodo domini Cenomanensis episcopi, contigua haie defuncti Guidonis Limer, de quo excambio se tenuit in jure coram nobis pro pagata, ita quod dicta duo jugera terre quamdiu vixerit ipsa tantum modo possidebit et habebit uxor supradicta, et post obitum ejusdem Tyce ad heredes ipsorum de ipsis procreatos seu procreandos dicta duo jugera terre devenient in futurum. Et nos omnia predicta adjudicamus tenenda et ea sigillo curie curie *(sic)* Cenomanensis fecimus sigillari, cum sigillis venerabilium virorum R., decani Cenomanensis, et domini Gaufridi de Marreio, canonici Cenomanensis supradicti, domini feodalis. Datum anno Domini M° CC° quinquagesimo tercio, die mercurii post *Misericordia Domini*.

Datum istius transcripti die sabbati in festo sancti Dyonisii, anno Domini M° CC° quinquagesimo quinto. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

12. — 1260, novembre. — DON PAR LE SEIGNEUR DE MOYRE A L'ABBAYE DE SAINT-VINCENT, DE LA FORÊT DE LONGUE-BROSSE, POUR REMPLACER LES QUARANTE SOUS MANSAIS DE RENTE PAR LUI DUS SUR LES BIENS DONNÉS A CETTE ABBAYE PAR ALICE DE MOYRE. — Universis presentes litteras inspecturis, officialis Cenomanensis, salutem in Domino. Noveritis quod, cum defuncta Aalicia de Moyre se et sua Deo et abbatie Sancti Vincentii contulisset, et abbas et conventus dicte abbatie Johanni de Monte Gondoini, domino de Moire, et Margarite, ejus uxori, ex parte cujus dicebatur terra de Moire provenisse, totam terram Aaliciam contingentem tradidissent pro quadraginta solidis cenomanensium annui et perpetui redditus perpetuo possidendam, cum ipsi Johannes et Margarita sepe deficiebant in solucione dicti redditus, nec eum solvere commode poterant annuatim, ut dicebant, ipsi Johannes et ejus uxor, coram nobis in jure constituti, tradiderunt com-

muni assensu dictis abbati et conventui totum nemus de Longa Broca, situm in feodo Huberti Ribole, militis, prout est et limitatum et ostensum, perpetuo possidendum et ad eorum voluntatem ex nunc pro reddito supradicto penitus faciendam, et sic dicti Johannes et ejus uxor et eorum heredes a solucione dicti redditus remanent liberi et immunes. Volunt eciam et concedunt dicti Johannes et ejus uxor quod si dominus feodi noluerit quod dicti abbas et conventus possideant dictum nemus, dictum nemus dictis Johanni et ejus uxori et eorum heredibus libere revertetur, et tenebuntur reddere dictum redditum sicut antea faciebant, non obstante assignatione nemoris supradicti. Dicti vero Johannes et ejus uxor [. . . . .] dictum nemus, si eis remanserit, liberare et garantizare liberum et [. . . . . . .] ex actione seculari contra omnes, quantum jus dictabit, et ad hec obligaverunt dicti Johannes [et ejus uxor. . . . . . .] omnia bona sua mobilia et immobilia, presencia et futura, dantes [fidem. . . . . . quod] omnia premissa et singula fideliter observabunt et quod contra non [ibunt. . . . . . . Et nos] omnia predicta adjudicamus tenenda et ea sigillo curie Cenomanensis fecimus sigillari [. . . . . . . Actum ann]o Domini M° CC° sexagesimo, mense novembis. — Sille. — *(Orig. parch. déchiré et taché à l'angle droit du bas, scel perdu.)*

18. — 1272, 30 mai. — RETRAIT FÉODAL FAIT PAR LES RELIGIEUX DE SAINT-VINCENT, D'UNE RENTE DE DOUZE SOLS MANSAIS, CONSTITUÉE EN LEUR FIEF, PAROISSE DE LAIGNÉ. — Universis presentes litteras inspecturis, officialis Cenomanensis, salutem in Domino. Noveritis quod, in nostra presencia constitutus, Thomas Faber, de parrochia Sancti Martini de Laigneio, recognovit in jure se vendidisse Johanni dicto Furnerio octo solidos cenomanensium annui et perpetui redditus, quos idem Johannes debebat et tenebatur reddere per litteras curie Cenomanensis dicto Thome et suis heredibus, videlicet quatuor solidos cenomanensium ad festum sancti Xristofori, et quatuor solidos cenomanensium ad mediam quadragesimam annuatim, super quibusdam rebus immobilibus, videlicet quadam domo cum vinea et terra sitis retro dictam domum, et cum omnibus pertinenciis illarum rerum, quas idem Johannes tenebat et possidebat, que res site sunt in parrochia predicta, in feodo abbatis et conventus Beati Vincencii Cenomanensis juxta domum Hugonis Menardi, que res vocantur la Mercerie. Et fuit facta dicta vendicio pro novem libris turonensium et dimidia, de quibus denariis dictus Thomas coram nobis se tenuit pro pagato

in pecunia numerata, renuncians specialiter et expresse omni excepcioni pecunie non numerate nec sibi tradite. Preterea, in jure coram nobis constitutus, dictus Johannes recognovit in jure dictos religiosos abbatem et conventum predictos dictos octo solidos ab eodem retraxisse, et ab eisdem precium predictum habuisse, renuncians specialiter et expresse omni excepcioni pecunie non numerate nec sibi tradite, quittans eisdem religiosis quicquid juris habebat et habere poterat in dictis octo solidis, racione vendicionis predicte. Et tenetur dictus Thomas dictis religiosis dictos octo solidos cenomanensium garantizare, defendere, contra omnes, quantum jus dictabit; ad hec eisdem religiosis in jure coram nobis, se et heredes suos et omnia bona sua mobilia et immobilia, presencia et futura, obligavit specialiter et expresse. Et dictus Johannes Furnier et ejus heredes tenentur dictos octo solidos reddere dictis religiosis singulis annis super rebus predictis, prout recognovit coram nobis, ad terminos supradictos. Recognovit eciam in jure dictus Johannes quod ipse tenebatur reddere dicto Thome et ejus heredibus in perpetuum, singulis annis et ad dictos terminos, racione rerum predictarum ab eodem Thoma eidem Johanni traditarum, in perpetuum, pro octo solidis cenomanensium superius nominatis. Preterea dictus Thomas transtulit in dictos religiosos quicquid juris idem Thomas habebat et habere poterat in dictis octo solidis racione tradicionis predicte, et voluit et concessit quod dicti octo solidi a dicto Johanne et ejus heredibus dictis religiosis annis singulis redderentur. Et hec omnia et singula voluit et concessit Heudeerdis, uxor dicti Thome, et astrinxit se dicta Heudeerdis fide prestita corporali, spontanea et non coacta, quod contra non veniet racione dotis, seu donacione propter nuptias, seu alia racione in futurum. Et de hiis omnibus et singulis, et de non veniendo contra premissa vel aliquid de premissis per se, vel per alium, tenentur dicti Thomas et Johannes, fide prestita corporali. Nos vero predicta, ad peticionem dictorum Thome, Johannis et uxoris, adjudicamus sententialiter tenenda, et ea sigillo curie Cenomanensis fecimus sigillari. Datum die lune ante Ascensionem Domini, anno Domini M° CC° septuagesimo secundo. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

14. — 1276, 31 août. — Acquisition par les religieux de Saint-Vincent de dix sols mansais de rente sur des maisons rue Saint-Vincent et sur deux journaux de terre a Aillandres. — Universis presentes litteras inspecturis, officialis Cenomanensis, salutem in Domino. Noveritis quod,

in nostra presencia constituti, Johannes dictus de Ancinis et Pasqueria, ejus uxor, de parrochia Beate Marie de Sancto Vincencio Cenomanensi, recognoverunt se vendidisse et adhuc vendunt religiosis viris abbati et conventui Beati Vincencii Cenomanensis, ad opus conventus dicti loci, decem solidos cenomanensium annui et perpetui redditus, super omnibus rebus suis, in quibuscumque rebus, locis, parrochiis, feodis siti sint et consistant, et quacumque nomine censeantur, a dictis religiosis seu eorum mandato, habendos et percipiendos, et expresse super quibusdam domibus sitis in vico Beati Vincencii Cenomanensis, et super duobus jugeribus terre, que ipsi venditores habent, ut dicitur, apud Aillandres, que domus et terra site sunt, ut dicitur, in feodo dictorum religiosorum. Et facta fuit ista vendicio pro decem libris turonensium, de quibus denariis dicti Johannes et ejus uxor coram nobis se tenuerunt pro pagatis in pecunia numerata[1], renunciantes specialiter et expresse omni excepcioni pecunie non numerate nec sibi tradite. Quem redditum dicti Johannes et ejus uxor garaverunt se redditurum quilibet ipsorum insolidum dictis religiosis vel eorum mandato ad opus dicti conventus hiis terminis, videlicet medietatem dictorum denariorum ad Purificacionem beate Marie et aliam medietatem ad Pascham Floridum singulis annis. Et incipiet prima solucio dicti redditus ad Purificationem beate Marie proxime venturam. Et ad hec obligaverunt dicti Johannes et ejus uxor dictis religiosis et eorum mandato se et heredes suos et omnia bona sua mobilia et immobilia, presencia et futura, et specialiter et expresse dictas duas domos, cum pertinenciis earumdem, et dicta duo jugera, ita quod non possint eos vendere nec alienare de cetero sine voluntate dictorum religiosorum, seu eorum mandati[2]. . . . . . . Preterea, coram nobis constitutus, procurator dictorum religiosorum recognovit, nomine ipsorum et pro ipsis, quod dicti religiosi ob causam predictam tenentur in abbatia sua anniversarium fratris Guidonis de Treconnio, commonachi dicte abbatie, post mortem ipsius, singulis annis celebrare, et quod dictus Guido dictis religiosis ad emendum dictum redditum, ut dictum est, tradiderat dictis religiosis dictas decem libras. Et nos omnia predicta, ad petticionem dictorum Johannis et ejus uxoris et procuratoris, adjudicamus tenenda,

1. Ce membre de phrase depuis *de quibus denariis* est répété deux fois sur l'original.

2. Dans les chartes de la fin du XIII[e] siècle et dans celles du XIV[e] siècle, nous omettrons les longues formules sans intérêt, en indiquant ces omissions par des points.

et ea sigillo curie Cenomanensis fecimus sigillari. Datum die lune ante festum beati Egidii, anno Domini millesimo CC° septuagesimo sexto. — Istam habuit noticiam (?). — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

15. — 1276, 24 décembre. — VENTE PAR MICHEL PAQUIER ET MARTIN TACHEL, A SANCTIUS DE NOGENT-LE-ROTROU, CLERC, D'UN QUARTIER DE VIGNE SITUÉ A LA GARETINIÈRE, SUR LES PAROISSES DE SARCÉ ET D'AUBIGNÉ. — Universis presentes litteras inspecturis et audituris, decanus de Oeseio, Cenomanensis diocesis, salutem in Domino. Noveritis quod, in nostra presencia constituti in jure, Michael dictus Paquier, filius defunti Johannis Paquier, et Martinus dictus Tachel, de parrochia de Bello Faico, Cenomanensis diocesis, supponentes se juridictioni nostre, recognoverunt in jure coram nobis, quislibet ipsorum insolidum, se tradidisse et adhuc tradunt Sanctio de Nogento Rotrodi, clerico, et ejus heredibus, quartam peciam vinee continentem circa unum quarterium vinee, sitam apud la Garetiniere, in parrochiis communibus de Sarceio et de Albigneio, intra et infra vineas Mathei de Tertro et in feodo Roberti de Loudon, militis, ut ipsi omnes asserebant, habendam et percipiendam a dicto clerico et ejus heredibus in perpetuum et hereditarie possidendam, pro una mina siliginis, ad mensuram de Sarce, reddenda dictis traditoribus a dicto clerico tantum in festo sancti Remigii annuatim. Et tenentur dicti Michael et Martinus dictam vineam traditam garantizare, deliberare et deffendere dicto clerico et ejus heredibus ad dictam minam siliginis annui redditus tantummodo contra omnes, et specialiter et expresse contra Agatham, uxorem dicti Martini. Et ad hec facienda et tenenda et exequenda dicti traditores obligant se et heredes suos et omnia bona sua mobilia et immobilia, presencia et futura, et specialiter et expresse redditum supradictum; et de premissis tenendis, fideliter observandis, et de non veniendo contra, abstrinxerunt se dicti Michael et Martinus, fide in manu nostra prestita corporali. Nos [vero, ad pe]titionem dictorum traditorum, omnia premissa in scriptis sententialiter adjudicamus tenenda [. . . . .] in scriptis quo ad hec sententialiter condempnamus, sigillum curie nostre, presentibus [. . . . .]. Actum die jovis ante Nativitatem Domini, M° CC° LXX° sexto. — *Au verso :* Pour Eguebelle. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

16. — 1277, 26 avril. — VENTE PAR MARTIN LE ROI ET AGNÈS, SA FEMME, PAROISSIENS DE COULAINES, A FRÈRE

Pierre Drué, sacristain de Saint-Vincent, d'un demi-quartier de vigne en la paroisse de Saint-Pavace. — Universis presentes litteras inspecturis, officialis Cenomanensis, salutem in Domino. Noveritis quod, in nostra presencia constituti, Martinus dictus Rex et Agnes, ejus uxor, de parrochia de Coloniis, vendiderunt in jure fratri Petro Drue, sacriste abbatie Beati Vincencii Cenomanensis, quandam peciam vinee continentem dimidium quarterium vinee, quam ipsi habebant apud Fovens, juxta rocham dicti sacriste, inter ortum ipsius sacriste et vineam Johannis Galteri, in parrochia de Sancto Pavacio, in feodo abbatis Sancti Vincencii, ut dicebant, dicto fratri Petro vel ejus mandato perpetuo possidendam. Et facta fuit ista vendicio pro viginti duobus solidis cenomanensium, de quibus denariis dicti Martinus et ejus uxor coram nobis in jure se tenuerunt integre pro pagatis, excepcioni non numerate pecunie et non tradite renunciantes specialiter et expresse; et garaverunt et promiserunt dicti Martinus et Agnes se liberaturos et defensuros et guarantizaturos dicto fratri Petro vel ejus mandato dictam vineam contra omnes, quantum jus dictabit, ad quinque denarios turonenses et obolum censuales reddendos domino feodi, videlicet quatuor denarios turonenses ad diem dominicam post festum sancti Vincentii et tres obolos ad Nativitatem beati Johannis Baptiste annuatim, et ad decem ova reddenda ad Pascha domino feodi et ad rectam decimam sine alia reddibicione, se et heredes suos et omnia bona sua mobilia et immobilia, presencia et futura, quo ad hec obligantes. Et de premissis omnibus tenendis, et de non veniendo contra premissa vel aliquid de premissis, et quod in dicta vinea vendita, racione dotis seu dotalicii, vel elemosine, vel aliqua alia racione nihil de cetero reclamabunt, astrinxerunt se dicti Martinus et ejus uxor, fide prestita corporali. Et nos predicta adjudicamus tenenda, et ea sigillo curie Cenomanensis fecimus sigillari in testimonium veritatis. Datum et actum die lune post *Cantate*, anno Domini M° CC° LXX° septimo. — G. Rex. — *Sur le repli :* Noti sunt. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

17. — 1293, 13 mai. — Acquêt par les religieux de Saint-Vincent de biens en la paroisse de Neuville-sur-Sarthe. — Universis presentes litteras inspecturis, officialis Cenomanensis, salutem in Domino. Noveritis quod, in nostra presentia constituti, Gaufridus dictus Coullin et Margarita, ejus uxor, de parrochia Beate Marie de Prato Cenomanensi, recognoverunt in jure coram nobis quod ipsi vendiderant et adhuc

vendunt religiosis viris abbati et conventui Sancti Vincentii Cenomanensis quoddam hebergamentum, cum arboribus fructiferis, ortis, haiis et cum quinque jugeribus terre et aliis pertinentiis ad dictum hebergamentum pertinentibus, et cum fundo dicti hebergamenti et pertinentiis ejusdem, que res site sunt in parrochia de Novilla super Sartam, in feodo dictorum religiosorum. Et facta est ista presens venditio pro decem libris turonensium, seu monete currentis pro turonensi, de quibus denariis dicti venditores in jure coram nobis se tenuerunt pro pagatis in peccunia numerata, omni exceptioni peccunie non numerate et non recepte renuntiantes dicti venditores specialiter et expresse. Et garaverunt et promiserunt et promiserunt *(sic)* dicti venditores coram nobis predictas res venditas dictis religiosis et eorum mandato liberare, garantizare et defendere de omnibus et contra omnes in perpetuum, quantum jus dictabit, tali modo quod Guillelmus dictus Moetet, monachus abbatie Beati Vincentii Cenomanensis, habebit, levabit et recipiet omne proventus, fructus et [. . . . . . .] dictarum rerum, quamdiu vixerit idem Guillelmus, et quod, post mortem dicti Guillelmi, dictus Guillelmus vult et concedit quod, post mortem ipsius, omnes predicte res vendite, quas ipse Guillelmus emit et predictam peccuniam solvit, conventui abbatie predicte ad usum dicti conventus revertantur, pro anniversario dicti Guillelmi quolibet anno in dicta abbatia faciendo, omne jus, dominium, proprietatem, possessionem et omnem actionem realem et personalem, quod et quam dicti venditores habebant et habere poterant in predictis rebus venditis, quacumque ratione seu causa in dictos religiosos penitus transferentes, nichil sibi nec suis heredibus [retinentes] in eisdem. Et proveniebant dicte res vendite ex parte dicte Margarite, quod dicti venditores recognoverunt coram nobis. Se et heredes suos et omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura, quo ad hec dicti venditores dictis religiosis penitus obligarunt; et de premissis tenendis et fideliter observandis et de non veniendo contra premissa per se vel per alium, et specialiter dicta uxor, quod in dictis rebus venditis per se nec per alium quod ratione dotis seu dotalitii vel elemosine seu alia ratione nichil de cetero reclamabit, astrinxerunt se dicti Gaufridus et ejus uxor, fide in manu nostra prestita corporali. Et nos hec omnia predicta, ad petitionem dictorum venditorum, adjudicamus tenenda, et ea sigillo curie Cenomanensis fecimus sigillari. Datum die mercurii post Ascensionem Domini, anno Domini M° CC° nonagesimo tercio. — Anglicus. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

18. — 1298, 15 décembre. — VENTE DE QUATORZE SOUS TOURNOIS DE RENTE SUR UN LIEU A COCHARDRI, PAROISSE DE SAOSNES, FAITE PAR JEAN LEBOUC ET JEANNE, SA FEMME, PAROISSIENS DE MONCÉ, A COLIN DE L'AUNAY ET ERMENIARDE, SA FEMME. — Universis presentes litteras inspecturis, decanus Sagonensis, salutem in Domino. Noverint universi quod, constituti coram nobis in jure, Johannes dictus Li Bouc et Johanna, ejus uxor, de parrochia de Monceyo, confessi fuerunt quod ipsi, de communi assensu suo, vendiderant et adhuc vendebant Colino de Alneto et Ermeniardi, ejus uxori, quatuordecim solidos turonensium, seu monete currentis, annui et perpetui redditus[1], sitos et assignatos super omnem portionem quam idem Johannes habebat et habere poterat et debebat in quodam herbergamento sito apud Cochardri, in parrochia de Sagonia, in feodo domini de Groutel, quod vocatur herbergamentum defuncti Martini Li Bouc, dictum vero redditum a dictis emptoribus et eorum causam habentibus et habituris super dicta porcione et ejus pertinenciis habendum et percipiendum ad festum sancti Remigii in perpetuum annuatim, omne jus et dominium, proprietatem et possessionem et omnem actionem que et quas in dicto herbergamento et pertinenciis ejusdem et in dicto redditu habebant et habebant *(sic)* et habere poterant et debebant, in dictos emptores et eorum causam habituros, per tradicionem presencium litterarum penitus transferentes, nichil sibi in premissis vel suis heredibus retinendo. Promiserunt eciam et graaverunt dicti venditores dictis emptoribus dictam vendicionem ipsis et eorum causam habituris deliberare ab omnibus, garantizare et defendere contra omnes, quantum jus dictabit, et eisdem reddere et reddi facere dictum redditum annuatim ad terminum predictum liberum et immunem, reddendo a dictis emptoribus et eorum heredibus novem denarios turonenses et unum obolum annui redditus ad dictum festum domino feodali, et tres quartas vini annui redditus annuatim in vindemiis rectori ecclesie de Sagonia annuatim, pro omnibus reddibicionibus pertinentibus ad quoscumque, se et heredes suos et omnia bona sua mobilia et immobilia presencia et futura quilibet eorum in solidum quoad hec obligantes, fide data. Et fuit facta dicta vendicio pro octo libris turonensium, de quibus denariis dicti venditores coram nobis in jure se tenuerunt integre pro pagatis in pecunia numerata, excepcioni non numerate pecunie, non tradite, non recepte, doli mali, lesionis, decepcionis, actioni in factum, excep-

1. Le mot *redditus* a été omis par le copiste.

cioni de duobus reis, epistole divi Adriani, beneficio Velleyani, omnibus et singulis excepcionibus per quas possent venire contra tenorem presencium renonciantes specialiter et expresse, fide data. Nos vero premissa sententialiter in hiis scriptis adjudicamus tenenda. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillo curie nostre fecimus sigillari. Datum die lune ante festum beati Thome apostoli, anno Domini M° CC° nonagesimo octavo. — Monsrager. — *Au verso :* Pour Saint-Longis. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

19. — 1299, 18 mai. — ACQUÊT PAR FRÈRE GUILLAUME FAUVEL, MOINE DE SAINT-VINCENT, D'UNE MAISON ET DE PLUSIEURS PIÈCES DE TERRE, PAROISSE DE COURGAINS. — Universis presentes litteras inspecturis, decanus Sagonensis, salutem in Domino. Noverint universi quod, constituti coram nobis in jure, Matheus dictus Morel et Coleta, ejus *(sic)*, de parrochia de Thoigneio, se et omnia bona sua supponentes jurisdictioni nostre quo ad ea que sequntur ubicumque se duxerint transferendos, confessi fuerunt in jure quod ipsi, de communi assensu suo, vendiderant et adhuc vendebant fratri Guillelmo Fauvel, monacho monasterii Sancti Vincencii Cenomanensis, medietatem cujusdam domus site apud Bray, et cujusdam orti siti retro dictam domum, juncti ex uno latere orto Giloti de Nemore et ex alio latere chemino per quod itur de Bray apud la Ronce, et unam peciam prati unam dietam unius falcatoris continentem vel circa, sitam subtus dictum ortum, et duos sellonnos et dimidium terre sitos in quadam pecia terre que vocatur campus dou Journel, et unam peciam terre octo bossellos seminature vel circa continentem, junctam ex uno latere cuidam noe que vocatur noa Fabri, et unam peciam nemoris cum fundo ejusdem, junctam ex uno latere nemori Roberti Couldarue, militis, et omnem porcionem quam dicti venditores habebant et habere poterant et debebant in quodam pasticio et in quodam prato que vocantur de la Mare, junctam ex uno latere communitati de Bray; vendiderantque et adhuc vendebant dicti venditores dicto emptori duodecim denarios cenomanenses annui et perpetui redditus, quem redditum Matheus dictus Gohier, clericus, super omnia bona sua immobilia ad festum Omnium Sanctorum tenebatur dictis venditoribus reddere annuatim. Et sunt omnia predicta sita in parrochia de Curto Lucro, in feodo religiosorum virorum abbatis et conventus Sancti Vincencii Cenomanensis; dictam vero vendicionem a dicto emptore et ab ipso causam habentibus et habituris, habendam, tenendam

et jure hereditario perpetuo possidendam; omne jus et dominium, proprietatem et possessionem et omnem actionem realem et personalem que et quas in dicta vendicione habebant et habere poterant et debebant, per tradicionem presentis instrumenti, in dictum emptorem et ab ipso causam habentes et habituros penitus transferentes. Promiserunt eciam et graaverunt dicti venditores dicto emptori dictam vendicionem ipsi emptori et ab ipso causam habentibus et habituris deliberare ab omnibus, garantizare et defendere contra omnes, quantum jus dictabit, salvo jure feodalium dominorum, se et heredes suos et omnia bona sua mobilia et immobilia, presencia et futura, quo ad hec obligantes, fide data. Et fuit facta dicta vendicio pro octo libris et duodecim solidis turonensium, de quibus denariis dicti venditores coram nobis in jure se tenuerunt integre pro pagatis in pecunia numerata, exceptioni non numerate pecunie, non tradite, non recepte, lesionis, decepcionis, excepcioni de duobus reis, actioni in factum, epistole divi Adriani, omnibus et singulis excepcionibus, rationibus et allegationibus juris et facti per quas possent venire contra tenorem presencium renonciantes specialiter et expresse, fide data. Nos vero premissa omnia et singula sententialiter in hiis scriptis adjudicamus tenenda. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillo curie nostre, ad peticionem parcium, fecimus sigillari. Datum die lune post *Cantate*, anno Domini M° CC° nonagesimo nono. — Monsrager. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

20. — 1300, 17 octobre. — ACQUÊT PAR COLIN DE L'AUNAY D'UNE PIÈCE DE TERRE EN LA PAROISSE DE SAOSNES. — Universis presentes litteras inspecturis, decanus Sagonensis, salutem in Domino. Noveritis quod, constituti coram nobis in jure, Johannes dictus Mouchet, de parrochia de Sagonia, et Leiardis, ejus uxor, confessi fuerunt quod ipsi, de communi assensu suo, vendiderant et adhuc vendebant Colino de Alneto et Ermeniardi, uxori sue, unam peciam terre continentem duos bossellos seminature vel circa, sitam in parrochia predicta de Sagonia, in feodo Mathei Le Seignorel, junctam ex una parte terre dictorum emptorum et ex alia parte terre Michaelis Bedou, dictam vero peciam terre a dictis emptoribus et eorum causam habentibus et habituris habendam, tenendam et jure hereditario perpetuo possidendam. Promiserunt eciam et graaverunt dicti venditores dictis emptoribus dictam vendicionem ipsis et eorum causam habentibus et habituris deliberare ab omnibus, garantizare et defendere contra omnes, quantum jus dictabit, salvo jure

feodalium dominorum, se et heredes suos et omnia bona sua mobilia et immobilia, presencia et futura, quoad hec obligantes, fide data. Et fuit facta dicta vendicio pro quinquaginta solidis turonensium, de quibus denariis dicti venditores coram nobis in jure se tenuerunt integre pro pagatis in pecunia numerata, excepcioni non numerate pecunie, non tradite, non recepte, lesionis, deceptionis, actioni in factum, epistole divi Adriani, excepcioni de duobus reis, omni juris auxilio tam canonici quam civilis, et specialiter dicta Leiardis beneficio Velleyani, omnibus et singulis excepcionibus, racionibus et allegacionibus juris et facti per quas possent venire contra tenorem presentium renonciantes specialiter et expresse, fide data. Nos vero premissa sententialiter adjudicamus tenenda. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillo curie nostre fecimus sigillari. Datum die lune ante festum beati Luce evangeliste, anno Domini M° CCC°. — *Au verso* : Saint-Longis, Sonnes. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

21. — 1300, 27 décembre. — Acte par lequel Eudes Alinant et Édeline, sa femme, paroissiens de Saint-Germain de Noyen, pour se libérer d'une rente qu'ils devaient a Guillaume Beaulaballe et a Biote, sa femme, de la ville de Noyen, leur donnent, leur vie durant, la moitié de la jouissance des biens sur lesquels était due cette rente. — Sachent toz presenz e avenir que, en noustre présence establiz, Odin Alinant e Esdeline, sa fame, de la parroesse de Saint Germein de Noen sus Sarte, sometanz eus en noustre jurédicion quant à cest fet, requenurent en dreit par devant nous que il e checun por le tot esteint tenuz fere e paier checun an à Guillaume Biaulaballe et à Billot, sa fame, de la ville de Noen, e à lor hers, traes [sols] de cens anuel e perpetuel e traes mines de froment de anuel e perpetuel rente, e por la reson doudit cens e de ladite rente que lesdiz Odin et sa fame ne poeint rendre ne paier audit Guillaume e à sa fame, il, de lor commun asentement e de lor bonne volenté, sans nul porfocement, ballent en eschange audit Guillaume e à sa fame, en recompenssacion doudit cens e de ladite rente, totes lor chouses inmobles queux que elles seint, e en quex que lous que elles seint asises, en quex que fez, en quex que parroesses, e coment que elles seint nomées ni apellées. E quitent e délessent lesdiz Odin e sa fame audit Guillaume e à sa fame e a lor hers tot le dreit e tote l'ancion raeal e perssonel, e tote la proprité, e tote la possescion, e tote la seignorie, e tot le destrait que il aveint e poeint avoir esdites

chouses, e ballent e transportent audit Guillaume e à sa fame desoresendreit la sesine des dites chouses, à avoir e à tenir et à porssuir lesdites chouses o les apartenansces totes dicelles heritaument e perdurablement audit Guillaume e à sa fame e à lor hers e lor successor e à ceus qui auront lor cause, en rendant chescun an les servitudes qui en sunt deues aus seignors des fez. E graèrent e premistrent lesdiz Odin e sa fame eus guerir, garanter, délivrer e defendre lesdites chouses o les apartenansces audit Guillaume e à sa fame e à lor hers, vers toz e contre toz, tant comme dreit dourra. E furent festes [......] les covenansces e lacort desusdit en telle maniere e en telle condicion que lesdiz Odin e sa fame demorront lor vie durant ou herbergement apartenant ausdites chouses, e lesdiz Guillaume e sa fame sunt tenuz mestre e tenir des ores en avant les mesons doudit herbergement en soffesant estat par reson desdites covenansces, e lesdiz Odin e sa fame deivent gueignier e laborer a meitié lesdites chouses bien e laeaument au proffet desdites chouses, e si que ledit Guillaume e sa fame ne lor hers ni seint en domagiez. E prendront lesdiz Odin e sa fame la meitié de toz les fruiz e de totes les queillestes qui seront e craetront esdites chouses tant comme il vivront, e ledit Guillaume e sa fame ou lor hers ou ceus qui auront lor cause prendront l'austre meitié, e metront la meitié des semensces qui seront semées esdites chouses, e lesdiz Odin e sa fame l'austre meitié. E si einssi eret que lesdiz Odin e sa fame ne peussent laborer de cherrue, ledit Guillaume e sa fame laboreront ou feront laborer, e lors ledit Odin e sa fame porront semer, il prendront le tierz e ledit Guillaume e sa fame les dous parz, e metront chescun de la semensce segonsce que il prendront. E emprès la mort desdiz Odin e sa fame, totes lesdites chouses o les apartenances d'icelles demorront audit Guillaume e à sa fame e à lor heirs e à lor successors e à ceus qui auront lor cause, sans ce que les hers doudit Odin e sa fame i pessent james riens demander, ne reclamer, ne fere demander par austre, par nulle reson. E enprès totes cestes chouses, establiz en dreit pardevant nous, lesdiz Guillaume e sa fame, sometanz eus en noustre jurédicion quant à cest fet, les chouses desus dites vendrent e otraièrent e graèrent e premistrent que il james encontre n'en vendreint, e quitent e délessent par les covenansces desusdites audit Odin e à sa fame e à lor hers dou tot en tot ladite rente e ledit cens, sans ce que il ne lor hers en pessent james riens demander, ne fere demander par austre audit Odin e à sa fame e à lor hers par la reson desusdite, fors tant solement une petite malle de

cens, que lesdiz Odin e sa fame feront tant comme il vivront ausdiz Guillaume e à sa fame e à lor hers par reson desdites chouses. Et quant à ce [. . . .] e enterignier bien e laeaument qui est dit par desus, e que il ne lor hers n'en pessent james venir encontre, e à restorer toz lor domages e toz lor deperz, si aucuns en i aveint par defautes desdites covenansces [. . . . .] e acomplies ont obligié les unes parties aus auttres, eus e lor hers e toz lor biens mobles e inmobles presenz e avenir..... E nous, à la requeste desdites parties présenz e consentanz, avon totes cestes chouses e chescunes par say ajugiés à tenir, par le jugement de noustre cort de Piremil, e par la tenor de cestes présentes lestres sallées e confermées de noustre sael des causes. Ce fut doné ou jor de mardi enprès la Nativité Noustre Seignor, en l'an de graece mil e CCC. — G. Boguier transiit. — *Au verso :* Noyen. Achapt d'une mine de seigle sur la Veauselière, la Beauvalaille [1]. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

22. — 1301, 21 avril. — ACQUÊT PAR COLIN DE L'AUNAY DE DOUZE DENIERS MANSAIS DE RENTE SUR UN PRÉ, SITUÉ EN LA PAROISSE DE PIZIEUX. — Universis presentes litteras inspecturis, decanus Sagonensis, salutem in Domino. Noverint universi quod, constituta coram nobis in jure, Alesia, filia defuncti Gaufridi dicti Heroart, de parrochia de Puisellis, confessa fuit in jure quod ipsa, spontanea, non coacta, vendiderat et adhuc vendebat Colino de Alneto et Ermeniardi, ejus uxori, duodecim denarios cenomanenses annui et perpetui redditus, sitos et assignatos super quoddam pratum situm in parrochia predicta, in feodo Ernulphi dicti Rabinel, dictum vero redditum a dictis emptoribus et eorum heredibus et ab ipsis causam habentibus et habituris percipiendum et habendum super dicto prato, per manum tenencium dictum pratum, ad festum sancti Remigii in perpetuum annuatim. Et est junctum dictum pratum, ex uno latere, terre Guilloti Chacebof, et ex alio latere, rivo de Coemis. Promisit eciam et graavit dicta venditrix dictis emptoribus dictam vendicionem ipsis et eorum causam habentibus et habituris deliberare ab omnibus, garantizare et defendere contra omnes, quantum jus dictabit, et dictum redditum reddere seu reddi facere super dictum pratum in per-

1. Cette charte était, lorsque nous l'avons acquise, attachée aux pièces 30, 34 et 35 de cet article, qui intéressent le prieuré de Noyen.

petuum annuatim, ad terminum supradictum, liberum et immunem ab omnibus serviciis et reddibicionibus pertinentibus ad quoscumque, se et heredes suos et omnia bona sua mobilia et immobilia, presencia et futura, et specialiter dictum pratum quo ad hec obligans, fide data. Et fuit facta dicta vendicio pro duodecim solidis cenomanensium, de quibus denariis dicta venditrix co[ram] nobis in jure se tenuit penitus pro pagata in pecunia numerata. . . . . Nos vero premissa adjudicamus tenenda. In cujus rei testimonium, presentes litteras sigillo curie nostre, ad peticionem parcium, fecimus sigillari. Datum die veneris post *Misericordia Domini,* anno Domini M° CCC° primo. — *Au verso :* Pour Saint-Longis. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

28. — 1304, 29 septembre. — ACQUÊT PAR COLIN DE L'AUNAY DE HUIT SOLS DE RENTE SUR UN BIEN DE LA PAROISSE DE SAOSNES. — Sachent touz présenz e avenir que, en nostre présence establiz, Johan Mouchet e Johenne, sa femme, de la parroisse de Saint Verencien, recquenurent en drait pardevant nous que il ont vendu e otraié e encore vendent e otraient à Colin de Launay e à Ermaican, sa femme, e à lour hairs, quatre soulz de manssais de anuel e perpetuel rente sus la tierce partie d'un habergement sis en la parroise de Soonne, en noz fiez, joint d'une partie à la terre Johan Noel e de l'autre à la terre aus hairs feu Pierre Dougoulet, e aboute à la route par où l'en veit de Beaumantel à Saint Kalles; laquelle rente les diz vendours gréent e promestent, e tenuz sont fere e paier desores en avant perpetuelment per chescuns ans desores en avant audiz achetours e à lour hairs e à ceulx qui cause aront d'eulz, au jour de la Saint Remy, franche e quite e delivre e desliée de touz serviges e de toutes obbaissances, sus telle conducion apossée que, se lesdiz vendours, ou lour hairs, ou ceulx qui cause aront d'eulz se défaillaint de fere e paier ladite rente au terme desus dit, si comme desus est dit, lesdiz achetours ou lour hairs ou ceux qui cause aront d'eulx pouront touner à ladite messon ovecques l'aintisse comme à lour propre heritage, sanz ce que lesdiz vendours ne lour hairs en puissent aler encontre. E fut feste ceste presente vencion pour quatre libres de turnois, desquiex deniers lesdiz vendours se tindrent pour blien paiez en drait pardevant nous en bons deniers nonbrez. . . . . E en sont jugiez par le jugement de nostre court de Saint Rome dou Plain. En tesmoig de laquel chouse, nous avon saellé cestes presentes lestres ou sael de ladite court à la requeste desdites parties, en tesmoig de verité, sauf nostre

drait. Ce fut fet ou jour de la Saint Michel, l'an de graice mil trais cenz e quatre. — Par Auger XXVIII. — *Au verso :* Pour Saint-Longis. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

24. — 1308/1309, 4 mars. — ABANDON FAIT PAR COLIN DE L'AUNAY ET ERMENIARDE, SA FEMME, A HERBERT LECHANDELIER, DE QUATRE SOLS MANSAIS DE RENTE QU'IL ÉTAIT TENU DE LEUR FAIRE CHAQUE ANNÉE SUR UNE TERRE SITUÉE EN LA PAROISSE DE SAOSNES, AU FIEF DE MATHIEU DE PANON, ÉCUYER. — Omnibus hec visuris, decanus Sagonensis, salutem in Domino. Noveritis quod, in nostra presencia personaliter constituti, Colinus de Alneto et Ermeniardis, ejus uxor, de parrochia Sancti Lenogesili, recognoveruut quod ipsi et eorum quilibet insolidum dederant et adhuc dant et nomine donacionis concedunt in puram et perpetuam elemosinam Herberto Lechandelier et ejus heredibus et ab ipsis causam habentibus, dum diem extremum clausissent, quatuor solidos cenomanensium annui et perpetui redditus, quos denarios tenetur reddere singulis annis dictis conjugibus ad Nativitatem beate Marie Virginis annuatim, super quamdam peciam terre sitam in feodo Mathei de Pennon, armigeri, in parrochia de Sagonia, juxta terram Odonis dicti Lechandelier, ex una parte, et terram dictorum Colini et ejus uxoris, ex altera, pro servicio suo sibi impenso, et de quo servicio dicti conjuges coram nobis se tenuerunt plenarie pro pagatis. . . . . In cujus rei testimonium, sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum die martis ante *Letare Jerusalem,* anno Domini M° CCC° octavo. — René. — *Au verso :* Pour Saint-Longis. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

25. — 1309, 12 mai. — ADJUDICATION A JEHAN PERON DE BIENS SAISIS SUR GUILLOT PERON, POUR FAUTE DE PAIEMENT D'UNE RENTE DUE PAR LEDIT GUILLOT AUDIT JEHAN [1]. — Sachent touz que comme Guillot Peron e Juliote, sa fame, eussent vendu e otroié pieçaja à Guillot Moenet e Aalete, sa fame, pour certainz pris de deniers audit vendours paiez entier-

1. Ce document était conservé à l'abbaye de Saint-Vincent parmi les titres de la châtellenie de Maignanes à Dangeul, qui appartenait à l'abbaye. Une note écrite au verso en fait foi. Cette note donne à cet acte la date de 1320, alors que le texte porte 1309. Il est possible que la date 1320 soit celle d'une transaction postérieure peut-être faite en faveur de Saint-Vincent et en conséquence attachée à l'acte de 1309.

gaiement en deniers nombrez, oict livres de tourneis en monnoie corant de anuel e perpetuel rente sus certaines chouses immobles par lectres de nostre court annexées à cestes, e depuis ce lesdiz achatours aient quité, cessié et delessié à Jehan Peron, frère doudit vendour, par reson de retrêt par proucheineté de lignage, par autres lectres de la court au sire de Monfort annexées à cestes, e il soit deu des arrerages de celle rente vint e deus livres treze soulz e quatre deniers tournois deuz de temps passé, e il soit contenu es dites lectres que, se lesdiz vendours ou lors heirs défaillaient de paier ladite rente en aucun terme, lesdiz achatours e ceux qui auroient cause de eux auroient à eux des chouses immobles desdiz vendours à la value de ladite rente e des arrerages qui en seroient deuz à léal assise de terre par pris e par estimacion de proudes hommes, e ait esté convenant e acordé entre lesdiz frères que ledit Jehan aureit pour le principal de ladite rente cent e dez soulz de rente par ensoinement lesdiz arrerages, e pour enterignier lesdites lectres e les jugiez contenuz en icelles, e por lesdiz arrerages reqnaist ledit Jehan Peron Gervèse Chalumel, nostre serjant, au temps que il les li enterignast e meist à exécucion sus les chouses immobles desdiz vendours, tant por les cent e dez soulz de rente que por lesdiz arrerages. En nostre court en dreit establi, ledit serjant requenut que il a la complainte doudit Jehan, e pour enterignier lesdiz jugiez aveit prins e sesi en nostre sesine des chouses inmobles des diz vendours, c'est assaveir une ousche de terre contenant environ cinc minez semeure, que terre, que pasture, sise jouste la terre Eudin Fortin e jouste la terre Johanne Lageuillotine, sus les prez Garot de la Beaufeyère, ou fié audit Garot, e une pièce de terre jouste la terre aus Fresneaux e jouste la terre aus heirs feu Herbert Behorée, ou fié au seignor d'Allières e ou fié Guillot de Bellon, contenant dez boesseaux semeure, e trente soulz de tourneis de anuel e perpetuel rente que Guillot Fresneau est tenu fere e rendre à la Touz Sains chescun an par reson de terres que ledit vendour li balla pieçaja au trente souls de rente. E requenut ledit serjant que il les dites chouses einsi sesies avoit tenu en notre sesine par lonc temps e feit prisier par proudes hommes jurez, c'est assavoir : par Durand Bellier, par Guillot Fresneau, par Guillaume de Lareylière, par Gervèse Guerrier, par Robert Marchant e par André Bernier, lesquex présenz en dreit par devant nous, afermanz eux avoir tourné sus lesdites chouses e eux estre apensez e avisez sus la valour d'icelles, prisièrent e estimèrent celles dites chouses, par lours seremenz feiz pardevant nous en

dreit au Saintes Évangiles, valeir sexante livres de tourneis léaument, poi plus poi mains, à lours léaux escienz. E pour ce que, pendant ladite sesine, lesdiz vendours ne autcuns autres ne vindrent avant ne nos aparurent pour rendre lesdiz arrerages, ne pour contredire que lesdites chouses ne fussent vendues, ne por eux oppouser encontre : nous, par le tesmoing doudit serjant, e por enterignier lesdiz jugiez, vendîmes, livremes et assignâmes audit Johan Peron celles dites chouses pour ledit pris de sexante livres, cest assavoir : cinquante et cinc livres pour ledit coût principal, e le remaignant pour lesdiz arrerages, pour les ventes deuz, lesdiz vendours le devoient delivrer, pour le salaire au serjant, pour les despens [. . . . . . .] e pour cestes lectres; e dicelles dites chouses nous ballâmes audit Johan, par la tenour de cestes lectres, la sesine, la seignerie, la propriété e la possession [. . . . .] à lui e à ses heirs e à ceuz qui auront cause de lui, perpetuelment e heritaument. . . . . E pour ce que ce soit ferny e estable à touz jourmes, nous, à la requeste doudit vendour e pour enterigner lesdiz jugiez, avons donné audit Jehan cestes lectres seellées dou seau de nostre court dou Mans en tesmoing de verité, enssemble le seau doudit serjant que il a apousé à cestes lectres en tesmoing de son feit e en confirmacion des chouses davant dites. Ce fut donné ou jour de lundi avant Penthecoste, en l'an de graice mil trais cenz e neuf. — F. Moesan. — *(Orig. parch., sceaux perdus.)*

26. — 1310, 9 juillet. — VENTE PAR PIERRE LE VOYER, PRÊTRE, CURÉ DE SAINT-LONGIS, A SIMON ESCALLOT, PRÊTRE, DE SOIXANTE-DIX SOUS TOURNOIS ET DEUX CHAPONS DE RENTE SUR SES BIENS SITUÉS PAROISSE DE SAOSNES, AU FIEF DU SEIGNEUR DE SAINT-PIERRE-DES-ORMES. — Omnibus hec visuris, officialis Cenomanensis, sede vacante, salutem in Domino. Notum facimus quod, coram nobis in jure personaliter constitutus, Petrus Villici, presbyter, rector ecclesie Sancti Lenogesili, confitetur se vendidisse et vendicionis nomine concessisse et adhuc vendit et nomine vendicionis concedit Symoni Escallot, presbytero, et ejus heredibus et ab ipso causam habentibus et habituris, sexaginta decem solidos turonensium, seu monete corsalis pro turonensi, et duos capones annui et perpetui redditus, super omnibus rebus suis quibuscumque mobilibus et immobilibus quas habet idem Petrus in parrochia de Sagonia, in feodo domini Sancti Petri de Ulmis, et super omnibus rebus aliis ejusdem, quibuscumque locis et feodis exis-

tant et quocumque nomine censeantur. Et fuit facta presens venditio pro tringinta quinque libris turonensium seu monete cursalis pro turonensi, de quibus idem Petrus se tenuit penitus pro pagatum. Quam pecunie summam idem Petrus et dictos capones graat et promitit pro se et heredibus suis de cetero solvere et reddere dicto Symoni et suis heredibus et ab ipso causam habentibus et habituris, hiis terminis, videlicet tringinta quinque solidos et dictos capones in festo Omnium Sanctorum, et tringinta quinque solidos in festo Penthecostes Domini de cetero annuatim, francos, quitos, liberos et immunes. . . . . . . Et nos ipsum venditorem presentem et consencientem in hiis scriptis sententialiter condepnamus, premissa adjudicantes tenenda. Actum die jovis post festum beati Martini estivalis, anno Domini M° CCC^mo^ decimo. — Gadier. — Verum est. — *Au verso :* Saint-Longis, Sonne. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

27. — 1310/1311, 9 mars. — Acquêt par Jacques de Errey, prêtre, curé de Doucelles, de six sous mansais de rente a Saint-Longis, qu'il donne ensuite a l'abbaye de Saint-Vincent pour son anniversaire. — Universis presentes litteras inspecturis, decanus Sagonensis, Cenomanensis dyocesis, salutem in Domino. Noverint universi quod, in nostra presentia in jure constituti, Guillelmus dictus Beccoys senior et Johanna, ejus uxor, de parrochia de Marescheyo, se et omnia bona sua ubicumque existentia quo ad hec que secuntur juridictioni supponentes, recognoverunt se de communi assensu vendidisse et adhuc vendere Jacobo de Erreyo, presbytero, rectori ecclesie de Doucellis, sex solidos cenomanensium, seu monete correntis pro denariis cenomanensibus, annui et perpetui redditus, quos Guerinus dictus le Bouvier et Agnes, ejus uxor, de parrochia Sancti Lenogesili prope Mamertum, tenebantur sibi facere et reddere singulis annis ad Penthecostes Domini super omnes res immobiles et earum singulas quas dictus Guillelmus et Guillelmus, ejus frater, solebant habere, seu habere poterant et debebant ubicumque et in quibuscumque in dicta parrochia Sancti Lenogesili, in feodo religiosorum virorum abbatis et conventus Sancti Vincencii Cenomanensis, quas res dicti fratres dicto Guerino et dicte ejus uxori et eorum heredibus in perpetuam emphiteosim seu ad annuum et perpetuum redditum tradiderant, prout dicti venditores dicebant et ut in nostris litteris vidimus contineri. Et fuit facta dicta venditio pro sex libris turonensium seu monete corentis, quitis dictis venditoribus ab omnibus vendis, de quibus denariis dicti venditores

coram nobis se tenuerunt plenarie pro pagatis in pecunia numerata....... Datum anno Domini M° CCC° decimo, die martis post *Reminiscere*.

Qua die dictus Jacobus, coram nobis constitutus in jure, se quo ad hec juridictioni nostre supponens, caritatis intuitu, pro salute anime sue, dictam vendicionem cum omnibus juribus et actionibus sibi in eadem vel ratione ejusdem competentibus et competituris donat ex nunc, dedicat et confert Deo, beate Marie Virgini, beato Vincencio et dictis religiosis, ad opus dicti conventus, ad hoc ut in dictorum religiosorum abbatia, dicti Jacobi, tam ipso vivente quam post ejus decessum, annis singulis, anniversarium celebretur, transferens ex nunc in eosdem religiosos per traditionem presentium omne jus et dominium et omnes actiones que et quas habebat et habere poterat in premissis. Et hec omnibus quorum interest et interesse potest significamus per presentes litteras sigillo curie nostre sigillatas in testimonium veritatis. Actum et datum anno et die quibus supra. — René transiit. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

28. — 1311, 30 août. — Bail perpétuel d'un bien a Saint-Longis, fait par les religieux de Saint-Vincent a Guillaume Oumond et a Jeanne, sa femme. — Universis presentes litteras inspecturis, decanus Sagonensis, salutem in Domino. Noveritis quod, in jure coram nobis constituti, Guillelmus Oumondi, clericus, et Johanna, ejus uxor, de parrochia Sancti Lenogesili, confessi sunt quod ipsi acceperunt, de communi assensu suo, ad hec non coacti, et adhuc accipiunt sibi et heredibus suis a religiosis viris abbate et conventus *(sic)* Beati Vincentii Cenomanensis unum herbergamentum cum omnibus pertinenciis ejusdem, silicet cum cepibus, arboribus et aliis rebus in dicto herbergamento existentibus et circa ipsum, nec non unam peciam terre duo jugera terre continentem vel circa, que res site sunt in parrochia predicta, in feodo ipsorum religiosorum et in modo qui sequitur dividuntur, videlicet dictum herbergamentum junctum est, ex una parte, herbergamento dictorum conjugum et, ex altera parte, chemino per quem itur de ecclesia Sancti Lenogesili apud Mamertum, et dicta pecia terre juncta est, ex uno latere, clauso heredum defuncti Rogerii de la Mauvaysinière et, ex alio latere, clauso defuncti Johannis dicti Saoul; dictas vero res supradictas ab ipsis conjugibus et eorum heredibus vel eorum causam habentibus et habituris habendas, tenendas et jure hereditario perpetuo possidendas, faciendo inde eisdem religiosis aut eorum certo mandato obedienciam

tanquam domino feodali et redevancias consuetas pro premissis, nec non quatuordecim solidos turonensium annui et perpetui redditus et unum denarium cenomanensem annui census in festo Nativitatis Domini in perpetuum annuatim, incipiente tempore solucionis dicti redditus in festo Nativitatis Domini secundo venturo. . . . . . . Nos vero premissa sententialiter in scriptis adjudicamus tenenda. In cujus rei testimonium presentibus litteris sigillum nostre curie duximus apponendum. Datum die lune post Decollationem beati Johannis Baptiste anno Domini M° CCC° undecimo. — Simplex. — Verum est. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

29. — 1312, 22 mai. — BAIL PERPÉTUEL DU LIEU DE LA DIVOYSERIE FAIT PAR LES MOINES DE SAINT-VINCENT A HEMERI JOUCET. — Universis presentes litteras inspecturis, decanus Sagonensis, salutem in Domino. Noveritis quod, in nostra presentia personaliter constitutus, Hemericus dictus Joucet, clericus, de parrochia Sancti Lenogesili, confessus fuit se accepisse a religiosis viris abbate et conventu Sancti Vincencii Cenomanensis, dicto Hemerico et ejus heredibus seu ejus causam habentibus et habituris in perpetuum emphiteosim quasdam res immobiles, videlicet quodam herbergamentum cum pertinenciis ejusdem, quod vocatur la Divoyserie, prout deffunctus Gauffridus de Dive solebat illum tenere et possidere tempore quo vivebat, nec non et quemdam peciam terre sitam inter doetum de Marooes et terram dictorum religiosorum de medietaria de Fousart, abotando, ab uno capite, terre heredum deffuncti Johannis Bubuloi; nec non et quemdam aliam peciam terre sitam inter terram Johannis filii Xristiani de Oliveto et terram dictorum religiosorum de dicta medietaria, abotando ab uno et altero capite terre dicti Hemerici, que res site sunt in parrochia Sancti Lenogesili in feodo dictorum religiosorum, a dicto Hemerico et ejus heredibus seu ejus causam habentibus et habituris dictas res predictas traditas, tenendas, habendas, jure hereditario perpetuo possidendas, faciendo et reddendo exinde pro premissis ab ipso Hemerico et ejus heredibus, seu ejus causam habentibus et habituris, singulis annis, dictis religiosis aut eorum causam habentibus et habituris duos sextarios frumenti et quatuor boissellos ordei et reddendos ad sumptus proprios dictorum Hemerici et ejus causam habentibus et habituris in horreis dictorum religiosorum de Sancti Lenogesili in festo sancti Remigii in perpetuum annuatim. Et tenentur dictus Hemericus et ejus heredibus *(sic)* aut ejus causam habentes et habituri reddere et sol-

vere seu reddi et solvi facere dictum bladum bonum et sufficiens ad mensuram Sagonensis in predictis horreis in dicto festo, et novem denarios turonenses censuales in Nativitate Domini in herbergamento dictorum religiosorum Sancti Lenogesili in perpetuum annuatim et servitia et obedientias secundum consuetudinem capitalium dominorum annuatim. . . . . . . In cujus rei testimonium presentibus licteris sigillum nostre curie duximus apponendum. Actum et datum die lune post Trinitatem Domini estivalem, anno ejusdem Domini millesimo CCC^{mo} duodecimo. — Barra. — Verum est. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

30. — 1312/1313, 19 mars. — ACQUÊT PAR FRÈRE GUY MARTEL, PRIEUR DE NOYEN, DE QUATORZE SOUS TOURNOIS DE RENTE SUR LES BIENS DE GERVAIS BOSSET, SITUÉS A NOYEN. — Universis presentes licteras inspecturis et audicturis, decanus de Vallonio, salutem in Domino. Noverint universi quod, in nostra presencia in jure personaliter constituti, Gervassius dictus Bosset et Annes, ejus uxor, de parrochia Sancti Germani de Noemio, recognoverunt et confessi sunt quod ipsi, ex communi ascensu et ex una voluntate non coacta, vendiderant et adhuc vendunt et concedunt nomine vencionis, viro religiosso et honessto donno *(sic)* Guillelmo dicto Martel, priori ejusdem loci, et monachis Beati Vincencii, dyocesis Cenomanensis, et heredibus ejus vel ab ipsis causam habentibus, quatuordecim[1] solidos turonensium annui et perpetui redditus reddandos et solvandos quolibet anno imperpectuum dicto priori et heredibus ejus et habituris causam habentibus ab ipsis, in Assompcione beate Marie Virginis, ex parte vendictorum et eorum heredum, super omnes res immobiles suos *(sic)* ubicumque existent et in quibuscumque locis, parrochiis, feodis censeantur, quoquomodo sint, terris, pratis, nemoribus, domibus, sepibus, landis, vineis et ortis et omnibus aliis et pertinenciis, et in supra dicta Annes autorizata est ad ea que sequntur, habendos et possidendos, levandos jure hereditario dictos quatuor decim[2] solidos annui redditus super premissis annuatim a dicto priore et heredibus et habicturis causam habentibus ab ipsis. Et fuit facta presens vendicio pro sexssaginta solidis turonensium. . . . . . . Et nos hec omnia premissa et singula, ad peticionem dictorum

1. Le copiste avait d'abord écrit *sex*, qu'il biffa pour mettre en surcharge *quatuor decim*.

2. *Quatuor decim* en surcharge.

Gervasii et Annetis, ejus uxoris, adjudicamus tenenda, ipsos presentes et consencientes ad premissa in hiis scriptis diffinitive comdepnamus. In cujus rei sigillum currie nostre de Vallonio presentibus duximus apponendum in testimonio veritatis. Actum die lune post *Occuli mei*, anno Domini M° CCC° duodecimo. — J. Dyoisé tranxiit. — Verum est. Noti sunt partes. — *(Orig. parch., scellé sur double queue de parchemin.)*

81. — 1313/1314, 29 mars. — RETRAIT LIGNAGER OPÉRÉ PAR COLIN DE L'AULNAY, SUR LA RENTE DE SOIXANTE-DIX SOUS TOURNOIS ET DEUX CHAPONS, ACQUISE PAR SIMON ESCALLOT, PRÊTRE[1]. — Universis presentes litteras inspecturis, officialis Cenomanensis, salutem in Domino. Notum facimus quod, in presencia Michaelis Simplicis, clerici, commissarii a reverendo patre ac domino domno P., permissione divina Cenomanensi episcopo, quo ad transeundum et nobis referendum ea que coram ipso fuerunt confessa, personaliter constitutus Simon Escallot, presbyter, confessus fuit se quitasse et eciam penitus dimississe, ratione retractus proximitatis generis, Colino de Alneto, clerico, et Ermeniardi, ejus uxori, ratione dicte Ermeniardis, et adhuc quitabat ac eciam penitus dimitebat sexaginta decem solidos turonensium, seu monete corsalis pro turonensi, et duos capones annui et perpetui redditus, quos idem presbyter diu est emerat a Petro Villici, presbytero, rectore ecclesie Sancti Lenogesili, conato dicte Ermeniardis, [solvendos] eidem Escalot super omnibus immobilibus que idem Petrus habebat seu habere poterat et debebat in parrochia de Sagonia, in feodo domini Sancti Petri de Ulmis et super omnibus rebus immobilibus ejusdem quibuscumque locis et feodis existant et quocumque nomine censeantur, ut dicebant; dictum vero redditum supradictum cum omni jure quocumque, quod idem presbyter Escalot habebat in premissis, ratione qua supra, a dictis Colino et Ermeniardis *(sic)*, ejus uxore, habendum, tenendum et jure hereditario perpetuo possidendum. Et fuit facta dicta quitacio pro precio tringinta quinque librorum turonensium, seu monete correntis pro turonensi, de quibus denariis idem Escalot se tenuit pro bene pagato in pecunia numerata....... Nos vero premissa ad relacionem predicti commissarii adjudicamus tenenda. In cujus rei testimonium presentibus litteris sigillum nostre curie duximus apponendum. Datum apud Mamertum,

1. Cf. pièce 26.

die veneris ante Ramos Palmarum, anno Domini M° CCC° tridecimo. — M. Simplex. — Verum est. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

82. — 1315, 16 décembre. — BAIL PERPÉTUEL FAIT PAR LES MOINES DE SAINT-VINCENT A GUÉRIN FOURNIER, THOMAS FOURNIER ET MICHEL GUERRASE, DE BIENS SITUÉS AU BREIL, PAROISSE DE SAINT-PAVACE, QUI AVAIENT APPARTENU A FRÈRE PERROT PINEL, MOINE DE SAINT-VINCENT. — Universis presentes litteras inspecturis, officialis Cenomanensis, salutem in Domino. Notum facimus quod, coram nobis in jure personaliter constituti, Garinus Furnerus, Thomas Furnerus, Matildis, ejus uxor, et Michael Guerrasius, de parrochia Sancti Pavacii, recognoverunt se accepisse in perpetuam emphiteosim a religiosis viris abbate et conventu monasterii Sancti Vincencii Cenomanensis omnes res immobiles ipsorum religiosorum sitas apud Brolium, in dicta parrochia, que fuerunt fratris Perroti Pinel, monachi dicti monasterii, et consistunt in domo, vineis, terris, pasturis et aliis, habendas, tenendas et perpetuo possidendas a dictis Garino, conjugibus et Michaele et eorum heredibus, et ad suam voluntatem plenam faciendam, videlicet pro sexaginta solidis turonensium annui et perpetui redditus, quem redditum promittunt dicti Garinus, conjuges et Michael, quilibet eorum insolidum facere et reddere dictis religiosis et eorum sucessoribus vel mandato, annis singulis de cetero hiis terminis, videlicet medietatem ad festum Omnium Sanctorum et aliam medietatem ad Nativitatem Domini; et dictas res et maxime dictas domum et vineas in statu competenti obligant quo ad hec dictis religiosis et eorum successoribus et monasterio, se et omnia bona sua, mobilia et immobilia, presentia et futura et suos heredes. . . . . . . Et nos ipsos presentes et consencientes ad hec in hiis scriptis condampnamus. Datum die martis ante festum sancti Thome apostoli, anno Domini M° CCC° decimo quinto. — C. About. — Verum est. Noti sunt. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

83. — 1322, 7 juillet. — ACQUÊT PAR JAMES DE ERRÉ, PRÊTRE, DE SIX JOURNAUX DE TERRE ET UN JOURNAL DE PRÉ A DANGEUL. — Sachent touz presenz e avenir que en noustre court personelment establiz Pierre Lequeu, clerc, e Thomasse, sa fame, de la parroisse de Vivain, e especiaument ladite Thomasse, o l'auttorité doudit Pierre à lé donnée doudit Pierre pardevant nous quant à ce qui ensieust, requenurent en dreit

pardevant nous que, comme il fussent tenuz e obligiez fere e rendre à monssour James de Erré, prestre, e à ses hairs, vint soulz de manssais de annuel et perpetuel rente par chescuns anz a la Saint Romé, sus vint soulz de tournois de annuel et perpetuel rente que Johenne la Maumatine estoit tenue fere aus diz Pierre e Thomasse e à lours hairs par chescuns anz, à l'Angevine e à Noël, maitié à maitié, sus certaines chouses immobles sises en la parroisse de Jullié e sus quatre journex de terre et journée à un fauchours de pré ou environ, sis en la paroisse de Danjoul, au fié Patri de Chources, escuier, jouste la riviere de Joriate, e sus toutes les autres chouses immobles e heritaux desdiz Pierre e Thomasse, de laquele rente la vencion fut feite pour le pris de vint e dous livres de tournois ou de monnoie courant pour tournois, desdits quex deniers lesdiz Pierre e sa fame se tindrent pour bien paiez en bons deniers nombrez, si comme nous vesimes estre contenu toutes ces chouses es lettres de nostre court qui furent données sus celle vencion au jour de vendredi prouchain après le dimanche que l'en chante *Reminiscere* l'an de graice mil trais cenz e treize, e si comme lesdiz Pierre e Thomasse requenurent e confessierent toutes lesdites chouses estre vroies, en dreit pardevant nous confessanz ensourquetout que comme il eussent cessié en solucion de ladite rente tant que il estaint tenuz audit prestre en cent et un soulz e demé de tournois pour les arrérages de ladite rente deuz dou temps passé, lesdiz Pierre e Thomasse, sa fame, pour assignacion, satisfacion e solucion de ladite rente e desdiz arrerages, vendent, cessent, delessent, ballent e assignent audit prestre e à ses hairs seis journez de terre ou environ e journez à un fauchours de pré sis en la parroisse de Danjoul ou fié au segnour de Danjoul entre la route de René e de Danjoul par le chief d'amont, e la rivière de Jariate par le chief d'en bas, e sunt lesdites chouses en dous pieces, c'est assavoir : dous journex ou environ entre la terre Gacel e la terre Guillaumet Salemon autrement dit Lebarbier, e quatre journex ou environ sis entre la terre audit [pre]nour e la terre Guillaume Chauvin, e ledit pré entre ladite terre e le ruissel de ladite riviere. E fut feite ladite assignacion, satisfacion e solucion e la dite vencion e cession pour ensoinnet toutes les chouses desus dites pour le pris de douze livres e demée de tournois ou de monnoie courant pour tournois, paiez e soluz doudit prestre ou de son commandement aus diz Pierre e Thomasse. . . . . . . en fesant doudit prestre e de ceus qui aront cause de lui audit seignour ouit deniers tournois de cenz des diz dous journex de terre à

Penthecouste e dous deniers tournois à la feste de Touz Sainz e nouf deniers tournois de cenz à Noël des diz quatre journex de terre e doudit pré par chescuns anz tant soulement sanz nulle autre redevance, einsi toutes voies que ledit prestre doit paier les ventes dou suon propre pour ensoinnet lesdites chouses. . . . . . . E nous, à lour requeste, toutes lesdites chouses e chescunes [. . . . . . .] ajujon sentenciausement à tenir e à enterigner e les avons confermées dou sael de no[tre court de] Beaumont en tesmoing de vérité. Ce fut donné au jour de mescredi prouchain après la Saint Martin d'esté, l'an de graice mil trais cenz vint et dous. — Julien Guiton transiit. — *Au verso :* Maignennes, Dangeul. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

34. — 1326/1327, 29 janvier. — Retrait féodal opéré par Jean, abbé de Saint-Vincent, et le prieur du prieuré de Noyen, d'une rente acquise dans le fief de ce prieuré par Herbert de Chehengné, prêtre, curé de Saint-Germain de Noyen. — Universis presentes litteras inspecturis, decanus de Vallonio, salutem in Domino. Noveritis quod, in nostra presentia in jure personnaliter constitutus, Herbertus de Chehengneyo, presbyter, rector ecclesie Sancti Germani de Noemio, recognovit quod, cum Matheus Avenant et Petronilla, ejus uxor, de parrochia predicta, vendidissent sibi quatuor solidos turonensium annui et perpetui redditus, reddendos singulis annis in festo beati Remigii, prout in litteris curie nostre continetur quibus presentes littere sunt annexe, super herbergamento suo cum omnibus pertinenciis, sitis in parrochia predicta, in feodo prioris de Noemio, pro precio quadraginta solidorum turonensium, et religiosus vir frater Johannes, abbas monasterii Sancti Vincencii Cenomanensis, cum consensu et voluntate prioris prioratus predicti, peteret a dicto emptore dictam venditionem sidi cedi et dimitti tanquam domino feodali, virtute consuetudinis patrie generalis, dictum precium refundendo, dictus emptor juste petitioni dicti religiosi acquiescens et annuens, dictam venditionem eidem religioso cessit, quitavit et dimisit penitus pro dicto precio, de quo se tenuit coram nobis in jure plenarie pro pagato in pecunia numerata. . . . . . . Et nos hec omnia premissa adjudicamus tenenda, ipsum emptorem presentem et consentientem quo ad hec in hiis scriptis sententialiter condepnamus. Datum die jovis post festum beatissimi Juliani anno Domini M° CCC^mo^ vicesimo sexto. — J. J. Ferron transiit. — *(Orig. parch., scellé.)*

85. — 1327, 23 avril. — ACQUÊT PAR LES RELIGIEUX DE SAINT-VINCENT DE CINQ SOUS TOURNOIS DE RENTE SUR TOUT CE QUE GUILLAUME MARTIN ET SA FEMME POSSÉDAIENT EN LA PAROISSE DE NOYEN. — Universis presentes litteras inspecturis, decanus de Vallonio, salutem in Domino. Noveritis quod, in nostra presentia in jure personaliter constitutus, Guillelmus Martini et uxor ejus, de parrochia de Noemio, recognoverunt se vendidisse et concessisse et adhuc vendere et concedere viris religiosis abbati et conventui monasterii Sancti Vincencii Cenomanensis quinque solidos turonensium annui et perpetui redditus, quitos, liberos et exoneratos ab omnibus venditionibus, revenditionibus, exactionibus secularibus et reddibitionibus, habendi et percipiendi a dictis religiosis singulis annis in festo Omnium Sanctorum, super omnibus rebus suis immobilibus ubicumque existent, in feodo prioris prioratus de Noemio, videlicet domibus, ortis, terris, pratis, nemoribus, arboribus, sepibus, pascuis et pasturis. Et fuit facta dicta vendicio pro quinquaginta solidis turonensium, de quibus dicti conjuges se tenuerunt coram nobis plenarie pro pagatis. . . . . Et nos, ad petitionem ipsorum, hec in hiis scriptis sententialiter adjudicamus tenenda, ipsos presentes et consentientes quo ad hec condepnamus. Datum die jovis ante festum beati Marci evangeliste, anno Domini M° CCC^{mo} vicesimo septimo. — J. J. Ferron. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

86. — 1327, 24 juillet. — LETTRES DE RAOUL, PRIEUR DE MONTMOUTH, ADRESSÉES A L'ABBÉ DE LA GRACE-DIEU, AU PRIEUR DE SCHEPTOU, ET A MAÎTRE NICOLAS MORIN, CHANOINE DU MANS, DANS LESQUELLES IL LEUR ENJOINT DE SE TRANSPORTER VERS L'ÉVÊQUE D'HEREFORD POUR LUI DONNER COMMUNICATION DE LETTRES APOSTOLIQUES OBTENUES EN FAVEUR DU PRIEURÉ DE BERGUEVENY. — Frater Radulphus, prior prioratus de Monemuta, Herefordensis diocesis, executor cum aliis collegis nostris, cum illa clausula : quot vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios, etc.; a Sede Apostolica deputatus, religiosis viris abbati de Gracia Dei, priori de Scheptou, Landanensis diocesis, et magistro Nicolao Morini, canonico Cenomanensi, salutem et mandatis apostolicis firmiter obedire. Cum, ad execucionem litterarum apostolicarum, in nostris processibus, quibus presentes littere sunt annexe, contentarum, ulterius faciendam in personam reverendi in Xristo patris domini Herefordensis episcopi, cum res exigit, propter ardua nobis incombentia negocia, non possimus, quo ad

presens intendere seu vacare, vobis et vestrum cuilibet, in virtute sancte obediencie et sub penis suspensionis et excomunicationis, quam et quas in non parentes, secundum personarum qualitatem, premissa monicione canonica, feremus in scriptis, distincte precipiendo mandamus vos et vestrum quemlibet, auctoritate apostolica requirimus et monemus canonice : quot vos, vel alter vestrum qui ex parte fratris Guillelmi Pelliparii, procuratoris abbatis et monasterii Sancti Vincencii Cenomanensis, et Fulconis, prioris prioratus de Bergueveny, Landanensis diocesis, a nobis restituti ad prioratum eundem, jura et pertinencias ipsius, virtute litterarum apostolicarum, contentarum in nostris processibus quibus presentes littere sunt annexe, et inde confectarum, fueritis vel fuerit requisiti vel requisitus ad dictum dominum episcopum seu vicarios ipsius, et alibi ubi expediens fuerit vel eciam opportunum accedentes vel accedens personaliter, premissa omnia et singula in litteris apostolicis et nostris processibus narrata plenius et contenta, eidem domino episcopo seu vicariis ipsius et aliis quibus expediens fuerit, legatis seu legi faciatis, nuncietis et denuncietis et cetera omnia et singula que super premissis facienda et exequenda fuerint faciatis vel exequimini vos vel alter de vobis loco et vice nostri, auctoritate apostolica supradicta. Vos et vestrum cuilibet insolidum super premissis omnibus et singulis et ea tangentibus commictimus vices nostras donec eas ad vos duxerimus revocandas; per hec tamen que fecimus nolumus nec intendimus nostris in aliquo prejudicare collegis, qum ipsi aut alter ipsorum super premissis, servato tamen processu nostro, procedere ulterius valeant et exequi que fuerint exequenda, non revocantes propter hec alios commissarios per nos factos sed eos pocius roborantes. In cujus rei testimonium presentes litteras scribi fecimus et nostris processibus anneximus ac eisdem sigillum nostrum apponi fecimus et appendi. Datum in dicto prioratu de Bergueveny, die XXIIII mensis jullii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo. — J. Rogerii. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

37. — 1327, 29 août. — PROCURATION DES MOINES DE SAINT-VINCENT A NICOLAS MORIN, POUR PRÉSENTER EN LEUR NOM UN TITULAIRE POUR LEUR PRIEURÉ DE NOTRE-DAME DE BERGUEVENY, AU DIOCÈSE DE LONDRES. — Universis presentes licteras inspecturis, Johannes, humilis abbas monasterii Sancti Vincencii Cenomanensis, ordinis sancti Benedicti, totusque ejusdem loci conventus, eternam in Domino salutem.

Noverint universi quod nos, unanimi assensu omnium nostrum, in nostro generali capitulo propter hoc congregato, fecimus et adhuc facimus et constituimus venerabilem et discretum virum magistrum Nicolaum Morini, canonicum Cenomanensem, procuratorem nostrum et nuncium specialem ad presentandum loco et vice et nomine nostris, personam ydoneam de gremio dicti monasterii ad prioratum nostrum Beate Marie de Bergueveny, Landanensis diocesis, liberum nunc et vacantem per liberas cessionem et resignacionem seu renunciationem religiosi fratris Fulconis Gastart, nuper et ultimo prioris ejusdem prioratus, omnibus illis seu illi quibus seu cui de jure vel de consuetudine fuerit presentacio hujusmodi facienda, et ad supplicandum, faciendum et procurandum omnia alia et singula que circa hec necessaria fuerint seu eciam opportuna, et que nos faceremus et facere possemus si presentes essemus. . . . . . In cujus rei testimonium et munimen, sigilla nostra presentibus litteris duximus apponendum. Datum et actum in nostro capitulo generali, die sabbati in festo Decolationis beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo. — *(Orig. parch., sceaux perdus.)*

38. — 1332/1333, 27 janvier. — Acquêt par les religieux de Saint-Vincent de trois livres de rente sur certains immeubles. — Omnibus hec visuris, officialis Cenomanensis, salutem in Domino. Notum facimus quod, in jure coram nobis personaliter constitutus, Fulco dictus Pielli, clericus, de parrochia Beate Marie de Cultura Cenomanensi, recognovit et confessus est se vendidisse et adhuc vendit nomine vendicionis et concedit religiosis viris abbati et conventui monasterii Sancti Vincencii Cenomanensis sexaginta solidos turonensium annui et perpetui redditus, habendos et percipiendos ab ipsis religiosis et eorum successoribus et causam ab eis habituris ad festa Nativitatis sancti Johannis Baptiste et Nativitatis Domini mediatim, ad quodlibet festum triginta solidos, super omnibus et singulis rebus immobilibus ipsius venditoris, quocumque nomine censeantur et super qualibet parte dictarum rerum in solidum, quas res suas omnes et quamlibet insolidum predictus Fulco honerat et afficit a prestacione et honere redditus supradicti. Et est facta presens vendicio pro triginta libris turonensium eidem Fulconi persolutis, ut dicebant, et de quibus se tenet plenarie pro pagato in pecunia numerata et in tantum quod ipse promitit dictum redditum annuum sexaginta solidorum turonensium facere et reddere dictis religiosis et

eorum successoribus, causamque ab eis habituris, ad dictos terminos. . . . . . . Confessus est insuper quod ipse et ejus uxor jamdiu venderant dictum redditum per litteras curie laicalis domini Cenomanensis, volens quod dicti religiosi et ejus successores illis litteris et istis conjunctim aut divissim uti valeant et expleitare contra ipsum et super bonis ejusdem. . . . . . . Et nos hec adjudicamus tenenda, dictum Fulconem ad premissa condempnantes. Datum sub sigillo nostro, die mercurii post festum sancti Vincencii, anno Domini M° CCC^{mo} tricesimo secundo. — Templum (?) — Verum est. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

89. — 1344/1345, 23 février. — ACQUÊT PAR GERVAIS DU TRONCHAY, DE GERVAIS DE MONLAY, D'IMMEUBLES EN LA PAROISSE DE DANGEUL. — Saichent touz presenz et avenir, que en notre court, en dreit pardevant nous personelment establi, Gervesse de Moulay, de la parroisse de Saint Martin de Dangeoul, somettant say et ses biens à notre juridicion quant à tenir ce qui s'ensieult, recongnut et confessa de sa bonne volenté, à ce non forcié, luy avoir vendu, quité, cessé et délessé, et anquores vent, quite, cesse et délesse de tout en tout, à Gervesse dou Tronchay, tout le dreit, la resson et accion que il avet et avoir povet en unes chouses inmobles et heritaulx, qui sunt en habergement, en terres, en prez, en pastures et en autres appartenances sises en la paroisse de Saint Georges de Dangeul, au leu qui est dit Moulay, lesquelles chouses l'abé et le covent de Saint Vincent dou Mans li avaint baillé à touziourmes par heritaige pour certaine rente, si comme nous avon veu estre plus à plain contenu par lettres saellés des saiaux de l'abé et dou convent desus feictes sus le contraict de la dicte baillée, et generalment toutes les chouses et chacunes d'icelles que ledit Gervesse de Moulay tenet et pourssaiet des diz religious par baillié herital, quelxconques chouses que ce saint et en quelxconques leus, fiez et parroisses que elle saint asises et coment que elle saint nommés ou apellés. . . . . . . Et fut feicte ceste vencion, quittansse et cession desus dicte pour sept livres et quatorze soulz de tournois monnaie courante que ledit Gervesse dou Tronchay paia à Johan Trentain, clerc, pour ledit Moulay, lesquelx sept livres quatorze soulz ledit Moulay devet audit Rentain *(sic)* et en aquita et delivra ledit Moulay, et pour quatre livres de tournois monnaie courante paiez audit Moulay, de laquelle delivrance et desquelx deniers ledit Moulay, en dreit par devant nous, se tint

hinc et inde habeantur et habentur; hoc tamen reservato et acto inter nos et ipsos, de consensu nostro et ipsius prioris, quod si aliquas amendas nos vel aliqui de officialibus nostris levaverimus seu aliquid habuerimus ab aliquibus de hominibus et manssionariis predictis in casu juridictiónis competentis dictis religiosis de Parco, virtute tradicionis predicte sibi facte a nobis, illud tenebimur restituere ac eciam resarcire eisdem, et similiter versavice, si ipsi religiosi de Parco aliquas emendas levaverint seu aliquid habuerint in casu juridictionis nobis reservate et retente a dictis hominibus et manssionariis, illud tenebuntur nobis restituere et resarcire. Verumptamen insuper actum est inter nos et ipsos quod si aliquo casu contingeret aliquos de de dictis hominibus et manssionariis ad judicium evocari in assisiis Cenomanensibus, et absentibus seu ignorantibus dictis religiosis de Parco seu eorum procuratore, contingeret nobis reddi curiam seu procuratori nostro de dictis hominibus et manssionariis, et curia nobis reddita a superiore nostro contingeret dictos homines litigare coram nobis seu poni ad racionem coram nobis, non in casu nobis reservato, sed in casu juridictionis competentis eisdem, virtute tradicionis sibi facte, et ipsi religiosi requirerent curiam a nobis de dictis hominibus et manssionariis per se vel per alium sufficienter instructum ante sentenciam diffinitivam, non obstante quocumque processu, tenebimur dictam curiam reddere et dictos homines remictere eisdem in eodem statu processuros; hoc tamen excepto quod si casus contingeret in quo recordacio curie esset facienda, illa causa remaneret coram nobis donec illa recordacio esset facta et judicatum super hoc quod deberet, et hoc facto curia cum emenda dicte recordacionis et cause principalis tenebimur reddere eisdem, et hoc acto, dicta inhibicio haberet pro nulla. Item ínsuper actum est quod nos simplici adjornacione dictos homines et manssionarios seu aliquem eorumdem ad respondendum nobis, nobis non poterimus adjornare nisi in casibus nobis reservatis et pertinentibus ad hoc; et si contingat quod unus alium faciat adjornare coram nobis tanquam coram superiore, curiam de dictis hominibus tenebimur reddere eisdem sufficienter requisiti, prout superius est expressum. Item accordatum est inter nos quod cotidie seu ex aricto pro lubito voluntatis non poterimus seu aliquis de servientibus nostris non poterit imponere hominibus seu manssionariis de Orquis seu aliquibus eorumdem, quod ipsi fecerint homicidium seu receptaverint latrones vel fures scienter, seu casum comiserint nobis reservatum, et propter hoc dictos homines seu aliquem eorum

sic se purgare coram nobis apud Œbronium nisi semel in anno, vel fama publica laboraret contra aliquem eorum quod talia comississet, nec poterit aliquis de servientibus nostris justiciare vel juridictionem exercere in dictos homines in casu nobis reservato nisi ille solus quem sibi in villa de Orquis adtornaverimus secundum punctum lictere quam sibi super hec concessimus olim, nisi, casu speciale emergente, servientem nostrum de Œbronio deputatum a nobis ad justiciandum duceremus ibi mictendum loco alterius adtornati. Item accordatum est inter nos et ipsos religiosos de Parco, quod si contingeret aliquo casu aliquem de hominibus feodi de Orquis se clamare de dictis religiosis de Parco de injusticia facta seu propter aliquod gravamen quod inferrent eidem, ad alium judicem recurrere dictus conquerens de ordinacione hujus composicionis super dicta injusticia seu gravamine habebit, seu poterit recurrere ad nos tanquam ad superiores in juridictione, hoc tamen acto et reservato de consensu nostro, quod si contingat procuratorem dictorum religiosorum de Parco seu ipsos religiosos subcunbere in tali causa in curiam nostram, nos aliquid levare seu habere ab ipsis religiosis de Parco non poterimus pro emenda nisi solum modo unam simplicem legem usque ad viginti solidos turonensium vel infra ; item si contingat aliquem de dictis hominibus de Orquis se clamare in tali casu in curia domini comitis Cenomanensis de ipsis religiosis de Parco curiam poterimus retrahere et cognoscere de causa prout superius est expressum, sine contradictione procuratoris eorumdem in forma predicta. Et ad hec omnia premissa et singula tenenda et firmiter observanda obligavimus et adhuc obligamus dictis religiosis de Parco nos et successores nostros et omnia bona monasterii nostri predicti, presencia et futura. In cujus rei testimonium dictis religiosis de Parco dedimus presentes licteras sigillis nostris sigillatis et concessimus eisdem religiosis quod sigillum domini P., dei gratia Cenomanensis episcopi, hiis presentibus licteris ad majorem confirmacionem premissorum omnium et singulorum apponatur in testimonium veritatis. Actum et datum die jovis post Ramos palmarum, in nostro capitulo generali, anno Domini millesimo CCC° vicesimo primo. — *(Orig. parch., sceaux perdus.)*

8. — 1585, 24 juillet. — Offre de foy et hommage simple à l'abbé et baron d'Évron, absent, par dame Barbe Daulmiers, veuve de messire Robert des Rotours, vivant chevalier de l'ordre du roi, seigneur du Couldray et du lieu du Chahain, au

nom et comme bail et garde noble de ses enfants mineurs, pour raison dudit lieu de Chahain, situé paroisse de la Bazouge-de-Chemeré, en tant qu'il en est tenu dudit sieur d'Évron à cause dudit fief d'Évron, fiefs de la terre Saint-Marie ou autres en dépendant. Présents : Me Nicolas Barbes, sr de Chantelou, demeurant à Évron. — *(Orig. pap.)*

4. — 1701. — Acte signé : Berryer, par lequel, « veu le Bref en forme d'Indult accordé par notre Saint Père le Pape Clément onziesme, du 1er mars 1701, à Mre Jean d'Estrées, abbé commendataire de l'abbaye d'Évron. . . . . . portant pouvoir et faculté audit d'Estrées de conférer par luy et ses vicaires librement et licitement les prieurez et tous autres bénéfices dépendans de ladite abbaye, mesme les conventuels situéz en pays d'obediance, soit par continuation de commende, soit de titre en commende, à la réserve seullement des prieurez conventuels électifs et des offices claustraux, et ce pendant cinq années aux clauses et conditions contenues audit Bref; les lettres d'attache sur ledit Bref données à Versailles le 13e jour d'avril audit an 1701. . . . . . la Requeste presentée au Conseil par ledit d'Estrées aux fins qu'il soit ordonné que ledit Bref d'Indult et lettres soient enregistrées au greffe du Conseil pour estre executtées selon leur forme et teneur, » le signataire déclare ne pas s'opposer à l'enregistrement de ces pièces ès registres du Conseil. — *(Orig. pap.)*

ABBAYE DE SAINT-LAURENT DU GUÉ-DE-LAUNAI

Article 9.

(7 pièces.)

1. — 1325, 13 mai. — Bail de deux arpents de terre, fait par Jehan de Flandres, seigneur de Mondoubleau aux religieux du Gué-de-Launay. — Sachent touz présenz et avenir que Grégoire Fourssi de Susonne, receveour de Mondoubleau, ay baillié, ou nom de très puissant et redouté segnour, monseignour Jehan de Flandres, segnour de Merle et de Mondoubleau, et pour son profit et encores baille et livre, par cest présent escript, à heritage à tourjourzmès, à religieux

hommes l'abbé et le couvent dou Gué de Launey une pièce de bois et de haies, o l'estinz et o les apartenances, contenanz dous arpenz ou environ, sises entre le chemin si comme l'en vet de Mondoubleau à Souday, d'une part, et les terres de la Foirepinière, d'autre part, et les hais que nous avon bailliées a Simon de Nulli, d'autre, ... pour vint souz monnoie courante pour tournois de annuel et perpetuel rente, renduz et paiez a tourjourzmès des ores en avant chacun an au jour de Noël au châtel de Mondoubleau, desdiz religious ou de ceux qui aront leur cause quite et delivre à monsseignour dessus dit ou à ses heritiers ou à ceux qui aront leur cause, sanz nule autre redevance pour reson desdites chouses baillées, sauve toute justice haute et basse que nous [retenons?] dessus lesdites chouses, avec ladite rente pour monsegnour dessusdit et pour ses hers à tourjourmez. . . . . . En tesmoing de vérité et à ma requeste ge en ay fet saeller ces presentes lettres du seel don l'on use aus causes en la châtellerie de Mondoubleau. Ce fut fet et donné en l'an de grace mil CCC et vint et cinc, le lundi avant la Censsion. — Johan Dousaut. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

2. — 1330, 26 juin. — QUITTANCE DONNÉE PAR HUGUES, ABBÉ DU GUÉ-DE-LAUNAI, AU COMTE DE BLOIS. — Omnibus hec visuris, frater Hugo, humilis abbas de Vado Alneti, salutem in Domino. Noveritis nos habuisse et recepisse ab illustrissimo principe domino comite Blesis, per manum Stephani Rabeau, sui ballivi Dunensis, decem libras turonensium in moneta curenti, pro termino Nativitatis beati Johannis Baptiste ultimo preterito, que nobis debentur perpetuo annuatim in dicta Nativitate super rebus et redditibus dicti domini comitis in Dunensi; de quibus denariis et arreragiis tenemus nos integre pro pagatis prefatos comitem et ballivum et omnes quibus quitantio debet dari, de eisdem absolventur ettiam et quitantur. In cujus rey testimonium sigillum nostrum duximus presentibus hiis apponi. Datum die martis post dictam Nativitatem, anno Domini M° CCC° XXX°. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

3. — 1684, 19 août. — Bail du domaine du prieuré de Rossay, par dom Nicolas Prévost, religieux bénédictin de l'abbaye de Saint-Calais, procureur spécial de dom Julien Raguideau, prieur du prieuré de la Magdelaine de Rossay; ledit bail fait pour 60 livres de ferme par an. — *(Exp. pap.)*

4. — 1689, 6 novembre. — Bail à titre de moitié, par René de Salmon, prêtre, prieur de Grandry, y demeurant, paroisse de Fontaine, à Georges Boureau, laboureur à Vic, du lieu et métairie de Grandry, consistant en maisons manables, granges, étables, cours, jardins, issues, terres, prés et noues. — *(Exp. pap.)*

5. — 1694, 3 août. — Bail, par Mᵉ Julien Richard, conseiller du roi, receveur des décimes au Mans, y demeurant, paroisse Saint-Nicolas, au nom et comme père et tuteur naturel de Mᵉ Michel Richard, prieur du prieuré de Grandry, à Julien Oger, charpentier à Saint-Calais, du domaine du prieuré de Grandry, situé paroisse de Fontaine, consistant en maisons et autres bâtiments, terres, prés, vignes, bois, fief et seigneurie dudit prieuré, avec tous ses revenus, le droit de dîme que ledit prieur est fondé de prendre en ladite paroisse de Fontaine à cause de son prieuré, à l'exception néanmoins de la salle basse qui joint la chapelle, du cabinet qui est à côté et de la haute chambre au-dessus, réservés au bailleur, auquel demeure encore la jouissance facultative du jardin; ledit bail pour la somme de 450 livres de ferme chacun an. — *(Exp. pap,)*

6. — 1736, 5 septembre. — Prise de possession du prieuré simple et régulier de Sainte-Madeleine de Rossay, situé paroisse de Changé, diocèse du Mans, par dom Jean-Baptiste-François Langlois, diacre, religieux profès de l'ordre de Saint-Benoît, congrégation de Saint-Maur, demeurant dans l'abbaye de Notre-Dame de Coulombs, diocèse de Chartres, ledit prieuré vacant par le décès de dom Simon Langelé, dernier titulaire, suivant les provisions accordées audit dom Langlois par notre Saint-Père le Pape le 14 des calendes de mars de l'année 1736; ledit Langlois pourvu en même temps du prieuré simple et régulier de Saint-Blaise de Grandry, diocèse du Mans, vacant par le décès de dom Vincent Thuillier. — *(Exp. pap.)*

7. — 1774, 23 septembre. — Bail du prieuré de Rossé, situé paroisse de Changé, composé d'une maison à cheminée, four au pignon, écuries, toit à porcs, grange, cour, issues, fosse, jardin potager, champs, vignes, clos de la Chapelle, dans lequel est édifiée une chapelle en l'honneur de sainte Madeleine, laquelle menace ruines, turet dans lequel il y a des sapins, le tout dépendant du petit couvent de l'abbaye de Saint-Calais, passé par dom Louis Bodineau, religieux bénédictin, cellérier

de l'abbaye, au nom et comme se portant fort du sieur prieur titulaire dudit prieuré; ledit bail moyennant 110 livres de ferme à la Toussaint. — *(Exp. pap.)*

ABBAYE DE NOTRE-DAME DE LA PELICE

Article 10.

(3 pièces)

1. — 1685, 23 juin. — Déclaration de Jehan Simon, serger à la Ferté-Bernard, à messire Fabiot de Bruslard de Sillery, abbé de Notre-Dame de la Pelice, seigneur des fiefs de ladite abbaye, Villiers, Courboy, etc., pour une maison sise au lieu du Coudray. — *(Orig. parch.)*

2. — 1719, 3 août. — Déclaration de François Godinier et autres à monseigneur messire Alexandre de Pontac, conseiller du roi en tous ses conseils, abbé commendataire de l'abbaye de la Pelisse, à cause de ladite abbaye, pour une rente foncière de 26 livres à eux due par Jacques-Blaise Delaborde, notaire royal à Cherré, comme propriétaire d'une maison et ses appartenances ci-devant appelée le Plat d'Estain, située proche la porte du faubourg Saint-Barthélemy de la Ferté-Bernard. — *(Orig. parch.)*

3. — 1769, 14 décembre. — « Arrest de Nosseigneurs les juges en dernier ressort des eaux et forêts de France au siège général de la Table de Marbre du Palais à Paris, contenant permission d'informer, à la requête de M. le Procureur Général des Eaux et Forêts de France, contre les auteurs des délits et dégradations commis dans les bois de l'abbaye de la Pelice et des environs, du 14 décembre 1769. » *(Quatre pages imprimées :* A Paris, chez P. G. Simon, imprimeur du Parlement, rue de la Harpe, à l'Hercule, 1769).

ABBAYE DE MARMOUTIER

Article 11.

(4 pièces)

1. — 1050 environ. — DONATION FAITE A L'ABBAYE DE MARMOUTIER PAR BÉRENGER LE BOUVIER ET HERBERT DE BRAN, SON FRÈRE, DES ÉGLISES DE L'ÎLE D'YEU ET DE LEURS DROITS. — Religionis universe, cui Xristus est pars hereditatis eterne, volumus ad notitiam venire, duos carnalem juxta nativitatem fratres, studio quidem militari deditos, sed de suarum animarum salute haud mediocriter sollicitos, Berengerium, videlicet cognomento Baoverium, et de Branno Herbertum, ut peccatis eorum propiciari divina miseratio dignaretur, contulisse Beato Martino Majoris Monasterii universas in Oia insula consistentes ecclesias, cum subscriptis rebus ad easdem pertinentibus : sepultura scilicet tota et offerenda ex integro, cum ceteris rebus minutis quas qui altari deserviunt habere videntur. Addiderunt etiam idem fratres huic donationi unam optime terre mansuram circa basilicam Sancti Salvatoris existentem, sed et de annona totius insule decime totius medietatem. Ceterarum vero decimarum, que vulgo nuncupantur minute, Herbertus dimidiam tantum portionem suam, Berengerius autem totam ex integro suam eidem donationi conjungere curavit; tres itaque partes minutarum totius insule minutarum totius insule decimarum in Sancti Martini cum ceteris rebus supradictis sunt collate dominium. Dedit etiam idem Berengerius in usum monachorum in eadem insula propter hanc obedientiam augendam conversaturorum, optime et ab omni consuetudine libere dimidium arpennum vinee, que duobus fere milibus a Branno distans oppido ducit ad Talamontem. Ut autem hujus donationis tenor firmiorem in perpetuum haberet auctoritatem, uterque supradictorum fratrum cartulam hanc propriis manibus firmantes, non solum eam dominos suos, Gualterium dico atque Gauscelinum, de quibus sepedictam insulam illam tenebant, astipulari fecerunt, verum etiam Guillelmo de Talamonte, cui etiam ut hanc donationem annuendo firmaret, unum anulum dedimus aureum, quia ex ejus beneficio insulam illam idem Gualterius atque Gauscelinus tenere videbantur, corroborandam et filiis ejus Guillelmo scilicet atque Pipino sed et Herberto tradiderunt,

necnon et Rannulfo de Riaco et filiis ejus, Rannulfo videlicet, Petro atque Guillelmo; deinde optimatibus regionis illius, sed et quibusdam fidelibus suis, quorum ferme omnium nomina continentur inferius, testificandam exhibuerunt :

S. Gaufredi, vicecomitis; S. Admauris, uxoris ejus; S. Haimerici, filii vicecomitis; S. Savarici, fratris ejus; S. Gaufredi, fratris ejus; S. Radulfi, fratris eorum; S. Guillelmi de Talamonte; S. Guillelmi de Cursone; S. Pipini, filii Guillelmi de Talamonte; S. Herberti, bastardi; S. Gualterii, capitonis; S. Gauscelini; S. Hildegardis, uxoris Gualterii; S. Hersendis, uxoris Gauscelini; S. Berengerii Baoverii; S. Herberti de Branno; S. Idonee, uxoris ejus; S. Tedmari, filii Herberti de Branno; S. Guillelmi, fratris ejus. — *Au verso :* De ecclesiis et aliis rebus Oie Pictavensis. — *(Orig. parch., sans trace de sceau.)*

2. — 1191. — CHARTE DE PAYEN GAROT, ARCHIDIACRE DU MANS, QUI DONNE A L'ABBAYE DE MARMOUTIER DIX MILLE SOUS MANSAIS, SUR LA SOMME DE VINGT-QUATRE MILLE SOUS QUE LUI DEVAIT CETTE ABBAYE. — Noverint presentes et posteri ad quos litere presentes venerint quod ego, Paganus, Cenomanensis archidiaconus, de debito viginti quatuor milium solidorum, quos mihi debebat cenobium Majoris Monasterii in elemosina dedi eis decem milia, si firmiter tenuerunt ordinationem illam quam cum eis composui de donatione de Parchai, facta eidem conventui, sicut continetur in libro pastorali ejusdem capituli et literis sigillo eorumdem signatis. Et ut hoc ratum habeatur, litteras presentes sigilli mei munimine muniri feci. Actum anno Incarnati Verbi M° C° XC° primo. — *Au verso, en écritures du* XIV° *siècle :* De manerio de Parcay. — Quod reddimus P. Garot X. M. solidos. — Donatio X millia solidorum conventui. — Conventus est Parcay. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

3. — 1198. — CHARTE DE THIBAUD, COMTE DE TROYES, QUI RATIFIE LE DON QU'AVAIT FAIT A MARMOUTIER HELVIS DE COULONGES, DE TOUT CE QU'ELLE POSSÉDAIT A COHAN. — Ego, Theobaldus Trecensis, comes palatinus, notum facio presentibus et futuris quod Helvis de Colangis dedit in elemosinam ecclesie Sancti Martini de Majori Monasterio de Turoni, quicquid ipsa habebat apud Coham, et inde ipsam ecclesiam in mea presentia investivit, laudantibus et concedentibus filiis et filiabus suis, scilicet Angorrano et Ludovico et Maria et Petronella. Monachi vero predicte ecclesie, considerata ejus bona intentione, receperunt eam in beneficiis suis et dederunt

ei sexaginta et decem libras. Ego vero hanc elemosinam, cum de feodo meo esset, lauvadi et approbavi. Testibus : Galfrido, marescallo; Galtero, cancellario; Milone de Pruvino; Ellaudo, preposito Castellionis; Girardo Bornico. Quod ut notum permaneat et ratum habeatur, presentibus litteris et sigilli mei muninime confirmavi. Actum anno Domini M° C° nonagesimo octavo. Datum per manum Galterii cancellarii. Nota Petri. — *Au verso :* Confirmatio Theobaldi comitis Trecensis super elemosina data nobis apud Coham[1]. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

4. — Prieuré de Saint-Étienne de Mayenne. — XII° siècle. — Charte de Juhel de Mayenne, qui atteste le don fait par Olivier de Sainte-Maure, prieur de Saint-Étienne de Mayenne, a Pierre de Villeray, Hamelin, son frère, et Rainaud, clerc, son fils, d'une dime en la paroisse de Contest, en échange du repas que son prieuré leur devait donner. — Ego Juhellus[2], dominus Meduane, notum volo fieri omnibus istam cartam imspicientibus quod, cum Petrus de Vilereio et Hamelinus, ejus frater, et Raginaldus, clericus, predicti Petri filius, procurationem suam haberent in domo Sancti Stephani de Meduana, vita comite, et eis procuratio illa ut ante placuerat non placeret, talis pactio facta fuit inter eos et monachos, Oliverio de Sancta Maura, tunc temporis ejusdem domus priore existente. Ipse O[liverius] et monachi dederunt et cuncesserunt eis decimam illam que sita est in parrochia de Constest, usque ad aquam que dicitur Anvore, con cepelereia et omne super annum quod habebant in ecclesia de Constest, tali conditione quod unus quisque eorum trium terciam partem predicte decime habebit, super annum vero Raginaldo clerico immune remanebit. Si vero quiscumque

1. Au verso de cette charte se trouve en outre une longue note du XVII° siècle, ainsi libellée : « Notandum est quod manerium de Cohan competebat camerario Majoris Monasterii et traditum fuit archiepiscopo et ecclesiæ Remensi pro extinctione procurationum quas petebat idem archiepiscopus super prioratibus nostris Majoris Monasterii existentibus in archiepiscopatu et provincia Remensi. Unde in compensatione tenentur iidem priores solvere quotannis in capitulo generali eidem camerario certas pecuniarum summas testantibus certis... litteris. »

2. Il est difficile de dire s'il s'agit de Juhel I de Mayenne, qui vécut de 1120 à 1161, ou de son petit-fils Juhel II, seigneur de Mayenne dès 1184. En tout cas, cette charte ne peut être postérieure à l'année 1203, en laquelle Juhel II unit le prieuré de Saint-Étienne à celui de Fontaine-Géhard.

eorum trium habitum monachi suscipere voluerit, vel viam universe carnis ingressus fuerit, ejus pars ad predictam domum redibit. Hanc vero pactionem Petrus et Hamelinus et Raginaldus, clericus, super sacrosancta tenenda juraverunt; insuper terram illam quam predicte domui in elemosinam pro predicta procuratione dederunt tuendam et conservandam pro posse suo juraverunt dum pactio ista eis tenebitur. Et O[liverius], ejusdem domus tunc temporis prior, et monachi tunc temporis in ipsa domo existentes, loco suo Guillermum Le Poconnier, ejusdem domus famulum, jurare fecerunt. Ut vero pactio ista inconcussa teneatur, ne in aliquo violari possit, ego Juhellus, dominus Meduane, sigilli mei munimine feci premuniri. Testibus istis, de monachis : Guillermo, priore de Place; Roberto, celerario domus Meduane; Bernardo, monacho; Johanne de Valle. De clericis : Ivone, presbitero; Roberto, capellano; Thomas Malesfant; Gaufrido Malus Insfans *(sic)*. De laicis : Guillermo de Harqueneio; Herberto de Logeio; Filipo de Chastelerio; Michaele Rufo; Fulchone Fabro et pluribus aliis. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

PRIEURÉ CONVENTUEL DE SAINT-HIPPOLYTE DE VIVOIN

Article 12.

(5 pièces.)

1. — 1243, 8 mai. — Charte du doyen de Beaumont, datée du vendredi jour de saint Nicolas d'été 1243[1], qui atteste une transaction faite entre les moines de Vivoin et Robert Lointier, au sujet d'une vigne donnée à ce dernier par feu Aline, femme de son père, vigne que les moines disaient leur appartenir en vertu d'une précédente donation faite en leur faveur par Aline.

1. Il est à remarquer que la fête de saint Nicolas tombait, en 1243, un samedi et non un vendredi. La date que nous donnons ne correspond donc pas au jour de cette fête, mais à celui de la vigile.

— *(Orig. parch., sceau perdu.)* — Imprimé, *Cartulaire de Vivoin*, par l'abbé L.-J. Denis, nº XCIV, p. 104.

2. — 1252, avril. — Accord survenu entre Étienne, prieur de Vivoin, et Guillaume, procureur de l'abbaye de Perseigne, relatif à des vignes que cette abbaye possédait à Vivoin, sur lesquelles le prieuré de Vivoin prétendait avoir droit de dîme. — *(Orig. parch., sceau perdu.)* — Imprimé, *Cartulaire de Vivoin*, nº XXXIX, p. 58.

3. — 1261, 30 novembre. — Don fait au prieuré de Vivoin par Gervais Vallart et Julien de Lyce, héritiers de Renaud le Repasse, de trois deniers tournois de rente que ce prieuré était tenu de leur payer chaque année au terme de Saint Gervais d'hiver, sur la terre de Flacé, située paroisse de Teillé. — *(Orig. parch., sceau perdu.)* — Imprimé, *Cartulaire de Vivoin*, nº CVII, p. 112. — Dans le cartulaire, la date de cette charte est exprimée : *anno Domini M° CC° quadragesimo primo*, alors que l'original porte : *anno Domini M° CC° LX^{mo} primo*.

4. — 1284, 2 juin. — ARRANGEMENT FAIT ENTRE L'ABBÉ DE MARMOUTIER, D'UNE PART, ET PAYEN DES PREZ, CHEVALIER, D'AUTRE PART, AU SUJET DE LA MAISON DE LA SAINTE-TRINITÉ DE PAIL, UNIE AU PRIEURÉ DE VIVOIN[1]. — Sachent touz présenz & avenir que, comme contenz fust meu entre religious hommes l'abbé & le couvent de Mermostier de Tours, d'une partie, e monsour Paien des Prez, chevalier, de l'autre partie, sus ce que lesdiz religious disoient que ledit Paien avoit prins bestes & feit prendre en l'usage que lesdiz religious avoient & ont en la forest de Pail, par reison de lour meson de la Sainte Trinité de Pail, apartenant à lour priouré de Vivain, e sus ce que ledit Paien empesçait une bailliée que lesdiz religious avoient feite à monsour Hervé de Prez, chevalier, de ladite meison de la Trinité et des apartenances d'icelle meison, si, comme l'en dit; à la parfin, en nostre présence en dreit establi, ledit monsor Paien requenut et confessa que il, après plusors contenz, dou consail de prodes hommes, avoit feit paiz e acort o lesdiz religious en la manière qui s'enseust. C'est assavoir ledit Paien vieust & otraie que une composition de paiz feite entre

1. Nous avons donné dans le *Cartulaire de Vivoin* (nº 24, p. 232) un texte très défectueux de cette charte, d'après une mauvaise copie que nous avait communiquée M. l'abbé Esnault. L.-J. D.

lui, d'une partie, e ledit monsour Hervé, de l'autre, par reison de ladite meison & de l'usage & des autres apartenances, ne nuise pas, ne ne face nul préjudice ausdiz religious ne à lour successours, e que se il avenoit ou tens avenir en aucune menière que ladite meson o ses dites apartenances revensist ou revertist ausdiz religious ou à lour successours, le dit Paien vieust e otraie que lesdiz religious ou cil qui aura cause de eus, ès dites chouses puissent user de lour dreit e de lour usage en la meinière & segont les condicours que il fesoient & poaient feire avant le tens de la bailliée feite d'eus audit Hervé de ladite meison & des apartenances, e que les esplaiz que ledit Paien ou son comandement ou autre ou nom de lui ou de ses hers ont fet puis le tens de ladite bailliée ou feront desorenavant en ladite meson ou es apartenances la baillée durant, ne nuisent ne ne facent préjudice ausdiz religious ne à lour quemandement, ne ne soient traiz à conséquence ne à essample, ne n'empeschent ne ne puissenz empeschier que lesdiz religious ou leur comandement ne puissent user & espleitier de ladite meson e de l'usage & des autres apartenances en toutes menières, ansi comme il fesoient & poaient feire par devant le tens de la dite bailliée, en la menière & segont les condicions que il est tenu en lestres seellées des saiaux desdiz chevaliers, si comme disoit ledit Paien, sanz ce que lediz Paien ne ses heirs en puissent aler encontre par eus ne par autres, par aucune reison, cessant lores dou tout en tout un marc d'argent de rente que ledit Paien est tenu rendre audit Hervé, par reison de l'usage apartenant à ladite meson en la partie audit Paien, de ladite forest de Pail, lequel usage ledit Hervé a quité & delessé audit Paien, si comme il disoict, pour la dite rente. . . . . . E nous, à la requeste doudit Paien des Prez, chevalier, toutes lesdites chouses ajujon sententiausement à tenir & entérignier e les avon confermées dou saiau de nostre court dou Mans ensemble o le saiau audit chevalier, en tesmoing de vérité. Ce fut fait & donné ou jor de vendresdi emprès Penthecôte, en l'an de grâce mil dous cenz quatre vinz et quatre. — *(Orig. parch., sceaux perdus.)*

5. — 1493, 8 juin. — Jugement rendu par « Raoul Blanchet, licencié es loiz, lieutenant de monsieur le juge ordinaire du Maine », dans un procès pendant entre « les religieux, prieur et couvent de Vivoing, demandeurs, d'une part, et Pierre de Arton, seigneur de Possay, deffendeur, d'autre part ». Les demandeurs « disoient que, à cause de la fondacion, dotacion et ancienne augmentacion de leur monastère, entre autres choses ilz

avoient droit d'avoir et prendre par checun an au terme de Toussains sur la terre et seignerie de Possay cinquante solz tournois de rente, de laquelle ilz avoient eu possession et saisine par les seigneurs et détenteurs d'icelle terre de Possay par tel temps qu'il leur devoit valloir et suffire, et mesmes par ledit deffendeur, qui en icelle rente de cinquante solz avoit esté condampné poyer et continuer ausdits religieux et leurs successeurs par checun an audit terme de Toussains, par sentence sur ce donnée en la cour [du Mans]; et pour ce que ledit deffendeur avoit cessé et fait deffault de poyer ausdits demandeurs l'arreraige desdits cinquante solz tournois d'une année escheue au terme de Toussains de l'an que l'on disoit mil quatre cens quatre vings et six, iceux demandeurs, pour en avoir payement, s'estoient adressez à Jehan Morice,... sergent ou bailliage de Beaumont, et par vertu de leurdite sentence avoient fait commendement audit deffendeur de leur faire paiement desdites cinquante solz tournois, à l'encontre duquel commandement ledit deffendeur avoit donné opposition, pour procéder, en laquelle ledit sergent avoit assigné jour aux parties ». Les demandeurs concluaient au paiement et demandaient que le défendeur fût débouté de son opposition. Pierre d'Arron répondait « qu'il ne vouloit denyer que lesdits religieux n'eussent droit d'avoir ladite rente mais que en l'année précédente, l'année. . . . . mil IIII^c IIII^xx et six, lesdits demandeurs avoient fait prendre une vache audit deffendeur appartenant, laquelle valloit la somme de six livres tournois, et que par ce ledit deffendeur devoit demourer quicte de l'arreraige de ladite rente pour ladite année IIII^c IIII^xx et six ». A quoi les religieux de Vivoin répliquaient que s'ils avaient « fait prendre quelque vache en l'année IIII^xx et cinq, qu'ilz n'en avoient eu que le payement de ladite année, quelque chose que voulsist dire ledit deffendeur ». — La Cour, par jugement donné au Mans, en présence de frère Jehan Le Gaure, procureur des religieux, déboute Pierre d'Arron de son opposition et le condamne aux frais du procès et à payer auxdits religieux la somme de cinquante sols. Signé : Dagues. — Au bas de cet acte est le procès-verbal de la signification du jugement faite le 29 juillet 1493, à la requête des religieux de Vivoin, à maître Jehan Cornilleau, procureur du sieur de Possay. Signé : Beauvoisin. — *(Orig. parch.)*

ABBAYE DE SAINT-JULIEN DE TOURS

Article 13.

(1 pièce)

Prieuré de Javron. — 1312, 15 avril. — Don fait par Fouquet Desloiges, a l'abbaye de Saint-Julien de Tours, du droit d'usage dans ses bois dits Bois-Girart, pour les besoins de leur prieuré de Javron. — Saichent touz présens et avenir, que, en nostre court en droit establi, Fouquet Desloiges, de la parroisse de Villepail, recongneut soy avoir donné et octroyé et encores donne et octroye de sa bonne voulenté, à religieux hommes l'abbé et le couvent de l'abbaye de Saint Jullian de l'Eschalerie de Tours, en pure et en perpétuelle aumosne, en nom et par raison de dounaison entre les vifs non revocable, leur usaige ou boys dudit Fouquet, qui est appellé le boys de terre Girart, pour l'usaige de leur prieuré de Javron, tant pour édifier et faire maisons et autres édifices oudit prieuré et pour les repparacions dudit prieuré et des appartenances et pour chaufaige comme pour les autres necessités de boys audit prieuré et aux appartenances d'icellui, lequel boys est assis en ladite parroisse jouxte la forest de Pail, et en eschait et advint partie de feu Estienne de Saint Lou, jadis son aeul, et partie il en acquist de Guillot Le Venneeur, si comme ledit Fouquet disoit, à avoir, à tenir, coupper, prandre et amener et recevoir desdiz religieux par le prieur dudit prieuré qui pour le temps sera et pour ceulx qui de par luy y seront, ledit usaige oudit prieuré et en ses appartenances perpetuelment et hereditalment desores en avant à en faire toute leur planiaire voulenté à l'usaige des choses dudit prieuré par tiltre de ladite dounaison, ainsi que le prieur ne ses successeurs ne autres de par eulx ne pourront coupper ne faire coupper nulz des arbres chargeans dudit boys, auquel cas se il advenoit, ledit prieur ne ses successeurs ne autres qui ayent cause de lui ne pourroient estre parforcez, senez, ne molestez de faire ne de en payer amande fors que deux solz de tournoys d'amande pour chescun arbre chargeant que il auroient couppé ou fait ainsi coupper tant seulement et plus n'en pourroient demander ne avoir ledit Fouquet ne ses hoirs ne autres ou nom ne par raison de eulx. Et se il advenoit que les gens au prieur dudit lieu et à ses successeurs ou les bouviers ou charretiers, qui de par eulx vyoient

ou seroient alez querre le boys à l'usaige dessusdit ou passent ou pressent harz à rorter ledit boys ou autres harz ou boys aux repparacions de leurs charretes ou d'aucunes d'icelles, ledit Fouquet vieult et octroye et se conscent expressément en cest fait par davant nous en droit, que lui ne ses hoirs ne autres par raison d'iceulx expressement en cest fait par davant nous en droit que lui ne ses hoirs ne autres par raison d'iceulx n'en puissent demander, lever, ne avoir amande en temps avenir, einz vieult que il les puissent prandre et avoir, touteffoiz que mestier leur en sera, ou boys dessusdit aussi comme ledit usaige sans contredit et sans empeschement dudit Fouquet ne de ses hoirs ne de autres par raison d'iceulx. Et vieult encores et octroye ledit Fouquet et se conscent expressément que il ne ses hoirs ne autres qui ayent cause de lui, ne puissent vendre usaige en celui boys a nulles personnes qu'elles que elles soyent en nul temps [.......] de l'ascentement du prieur dudit prieuré qui pour le temps seroit, ne vendre, bailler ne alliéner le boys dessusdit, ne mectre hors de leurs mains par quoy ledit usaige puisse estre amenuisié et que il n'y soit prins et trouvé en touz temps avenir. Et laquelle dounaison et les choses toutes et chescunes contenues en icelle ledit Fouquet promect pour soy et pour ses hoirs et est tenu garantir. . . . . . en faisant dudit prieur dudit prieuré et de ses successeurs audit Fouquet et à ses hoirs quatre deniers tournoys de franc devoir requerable environ la Toussains chescun an, sans foy, sans hommaige, sans amande et sans nulle autre redevance ou obeissance et sans a[ucune] autre exacion seculière. . . . . . . Et, nous à sa requeste toutes lesdites choses ajujon sentencieusement à tenir et enterigner et les avons confermées du seau de nostre court du Mans en tesmoing de vérité. Ce fut donné ou jour de sepmadi après le dimanche que l'en chante *Misericordia Domini,* en l'an de grâce mil troys cens et douze. — G. de Laval, pour coppie. *(Copie du* xve *siècle sur papier.)*

ABBAYE DE SAINT-AUBIN D'ANGERS

Article 14.

(4 pièces)

1. — 1342/1343, 21 février. — Bail a rente par les reli-

GIEUX DE SAINT-AUBIN D'ANGERS D'UNE MAISON A LA PORTE GIRARD. — Sachent touz présenz et avenir, que, en notre court à Angers en droit establiz personnelment Guillaume Renouart et Julienne, sa fame, auctorizée de lui en cest fait, parroissiens de Saint Maurille d'Angiers, recongnurent et confessèrent avoir prins et accepté et ancores prennent à tout temps mes, pour houx, leurs hers, et pour ceulx qui d'eux auront cause, de religioux hommes et honnestes l'abbé et le couvent de Saint Aubin d'Angers, une meson o deux fours dedanz, si comme il se poursuit, séant à la porte Girart, entre la meson Guillaume Giraut d'une part, et de l'autre à la rue apelée la Chace Rondre, au fié aus diz religioux, à tenir, à pourssuir et à exploicter des diz preneurs et de leurs hers, pour le pris de treize livres monnaie courante d'annuel et perpetuel rente rendables chacun an à tout temps mes des diz preneurs, de leurs hers, aus diz religioux, à leurs successeurs et à qui cause aura d'eulx en la dicte abbaie doresnavant, à Noël et à la Saint Johan par moitié pour touz devoirs, sanz nulle autre charge. A laquelle rente rendre et paier chacun an aus termes dessus diz et à chacun d'iceulx les diz preneurs en ont obligé chacun pour le tout espicialement diz soulz de rente, lesquielx sont deuz aus diz espoux chacun an sur un arpent de vigne séant en la parroisse de Saint Michel dou Terte, ou cloux de la Gaillardière, lesquielx Jehan dou Ponceau et Johanne, sa fame, doyvent chacun an, si comme ilx disoient, et vint soulz de rente deuz aus diz espoulx sur un arpent de vigne sis ou cloux dou Fau de Beuson joute la vigne aus hers feu Richart Goupil, d'une part, et la terre au sire de Beuson de l'autre, et sur six quartiers que vigne que terre et sur deux mesons qui sont de denz cele vigne et terre, o les appartenances quelles quelles soient appartenant à yceles chouses, lesquielx vint soulz de rente Jehan Chevalier et sa fame doyvent chacun an sur les dictes chouses, et ausi assignée sur demé arpent de vigne, lequel les diz preneurs ont acquis si comme il disoient assemblement de Drouet Le Camus et de Symonne, sa fame, séant en la parroisse de Saint Berthelemer des Landes, ou cloux de la Porretière, entre les vignes au priour de l'Aumosnerie Saint Jehan d'Angiers, d'une part, et les vignes Gillete, jadis fame de feu Pierres d'Orchièse, et generaument touz et chacun de leurs autres biens müebles et non muebles, présenz et avenir, et les dictes chouses prinses et acceptées comme dit est, à prendre, à vendre du jour à landemain tel fuer tel vente, quant à la dicte rente paier, parfaire et entérigner aus termes dessus diz et par chacun d'iceulx, et aus domaiges

rendre et amander aus diz religioux ou au porteurs de ces lettres à leur plain dit fin portant sanz serement pour toute preuve si aucuns en y avaint ou soustenoient par deffaut de la dicte rente non paiée en aucun terme ou temps avenir en tout ou en partie. Et promistrent les diz espoux mestre ou faire metre cent livres monnaie courante au jourduy en réparacions en la dicte meson acceptée dedanz l'acomplissement de cinq anz prochains avenir. Et ne pourront les diz espoux vendre, alienner, ne estrangier, ne metre hors de leur main la dicte meson acceptée, ne les chouses obligées par espicial, ne charger de nulz autres devoirs que les dictes chouses ne doivent au jour duy. Et de cestes meismes lettres ont donné et passé les diz preneours aus diz religioux unes autres lettres de la court l'official d'Angers semblables et par la forme de cestes, des queles conjoinctement o cestes présentes lettres ou divisément les diz preneours ont voulu et ottroié par devant nous que les diz religioux ou autres ou non d'eux et de par eulx puissent user et jouyr contre houx et contre chacun d'eulx, une foiz ou plusieurs en un temps ou en divers toutteffoiz et quanteffoiz que il voudront et leur plaira et mestier en sera sanz renoncer aux unes pour les autres et sanz ce que l'exequcion des unes puisse de riens estre retardé ne empesché pour l'exequcion ou procès des autres. . . . .
Ce fut donné à Angers le vendredi XXI[e] jour de février l'an de grâce mil CCC quarante et deux. — *Au verso :* Il a esté admorty la moytié de ceste dite rente par ung nommé Michel Riotte à la maison de ville audit couvent; est payée ladite moytié par le recepveur d'icelle, comme plus à plain aparaît par les comptes. Ledit amortissement fut en 1555. — *Modo* maistre Pierre Riotte, advocat [à] Angiers a le sieur de Boyspin et François Riotte et aultres leurs frareschaux, 1575. — *(Orig. parch., scellé de cire brune sur double queue de parch.)*

Prieuré de Saint-Étienne de Luché. — **2.** — 1151, entre le 9 juin et le 7 septembre. — Notice dans laquelle les moines de Saint-Aubin rappellent les difficultés que Jean Chamaillard apportait à l'exercice des droits du prieuré du Luché; ils y relatent ses diverses condamnations et l'accord final passé entre l'abbé Robert et lui. — *(Orig. parch., déchiré au milieu et recollé sur une feuille de papier.* — Imprimé, *Cartulaire de Saint-Aubin d'Angers,* par M. le comte Bertrand de Broussillon, t. III, p. 221, n° DCCCCXLIX.)

8. — 1244, août. — ACCORD ENTRE ÉTIENNE DE SAINT-MARS ET ISABELLE, SA FEMME, D'UNE PART, ET L'ABBÉ DE SAINT-AUBIN D'ANGERS ET LE PRIEUR DE LUCHÉ, D'AUTRE PART, AU SUJET DES TAILLES QU'ÉTIENNE ET SA FEMME RÉCLAMAIENT AUDIT PRIEUR. — Omnibus Xristi fidelibus presentes litteras inspecturis, Gaufridus, Dei gratia Cenomanensis episcopus, salutem in Domino. Noverint universi, quod, cum contencio verteretur inter abbatem et conventum Sancti Albini Andegavensis et priorem suum de Luche, ex una parte, et Stephanum de Sancto Medardo et Ysabellem, uxorem suam, ex altera, super eo quod iidem Stephanus et Ysabellis proponebant, contra dictum priorem, quod ipse tenebat in feodo eorum terras de Campo Lamberti, et hoscam Pironel, et hoschan defuncti Raginaldi Fogue, super quibus ipsi Stephanus et Ysabellis dicebant sibi deberi talliam ad faciendum filium suum militem et ad filiam suam maritandam et alias tallias debitas juxta consuetudinem patrie approbatam et insuper similiter suo domino feodali superiori, et preterea super hoc quod ipsi Stephanus et Ysabellis petebant a dicto prioratu caritatem panis et vini ter in anno, ratione decimarum quas dictus prioratus percipit in feodo eorumdem; dicto priore e contrario petente ab ipsis quod providerent dicto prioratui in unica culcitra et pulvinari vel duobus linteaminibus quando archiepiscopus, episcopus, abbas, vel ceteri prelati ad dictum prioratum accedunt, causa jacendi ibidem, nichilominus petente ipsos pressorare ad pressorium dicti prioratus de Luche vindemiam cujusdam quarterii vinearum, quod possidebant apud Culturas, juxta domum Mathei Couer, in feodo dicti prioratus. Super omnibus istis contencionibus ita fuit compositum inter ipsos : quod dicti Stephanus et Ysabellis promiserunt, ratione dictarum talliarum vel alicujus alterius juris a dicto prioratu, nomine predictarum terrarum, se nichil de cetero petituros, remittentes penitus et quitantes si quid juris habebant vel habere poterant ratione tallie alicujus, vel juris alterius cujuscumque in terris superius nominatis, salvis tantummodo tribus solidis turonensium in Nativitate beati Johannis Baptiste annuatim pro redevancia, a priore qui pro tempore erit persolvendis; si vero contigerit quod domini alii feodales dictas tallias a dicto prioratui petierint vel exegerint pro terris supradictis, dicti Stephanus et Ysabellis et eorum heredes, eundem prioratum garantizare super hoc et liberare penitus tenebuntur et indempnem quo ad omnia conservare et dictas tallias persolvere de suo proprio. De hiis vero omnibus et singulis adimplendis et firmiter observandis dicti

Stephanus et Ysabellis obligaverunt se et heredes suos, et dictum quarterium vinearum situm apud Culturas, in feodo dicti prioratus, et sex solidos annue firme quos Johannes Aaluce et Gaufridus Aaluce debent dictis Stephano et Ysabelli de dimidio arpento vinee de feodo dicti prioratus quod hiidem Stephanus et Ysabellis tenent ad duos denarios censuales a dicto priore specialiter et expresse. Convenit insuper inter ipsos, quod super caritate predicta remaneat dictus prioratus liber in perpetuum et immunis et dictus Stephanus et Ysabellis et eorum heredes similiter a prestatione linteaminum vel culcitre remanent in perpetuum liberi et immunes. Dictus vero prioratus in dominico et feodo dictorum Stephani et Ysabellis et heredum eorum et hominum ipsorum decimas percipiet et habebit prout antea percipere consuevit. Dicti vero Stephanus et Ysabellis, uxor ejus, et eorum heredes, vindemiam dicti quarterii vinee site apud Culturas ad dicti prioratus pressorium deferre tenebuntur feodaliter et consuetudinarie pressorandam. Hanc vero compositionem dicti Stephanus et Ysabellis, uxor ejus, in perpetuum servare tenentur fide sponte prestita corporali, dicta uxore fide prestita promittente se ratione dotis aut donationis propter nupcias aut alia ratione contra hoc per se vel per alium non venturam. Predicti vero abbas et monachi, pro bono pacis et juribus predictis remittendis, si qua dicti Stephanus et Ysabellis habebant in superius nominatis, dictis Stephano et Ysabelli quatuor libras turonensium dederunt, de quibus coram nobis se tenuerunt pro pagatis, exceptioni non numerate pecunie renunciantes specialiter et expresse. Et ut hoc ratum habeatur et gratum, nos, ad peticionem partium predictarum, presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum, in hujus rei testimonium et munimen. Actum mense augusti, anno Domini M° CC° XL° quarto. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

4. — Prieuré de Saint-Ouen du Mans. — 1252, 12 juillet. Accord entre le prieur de Saint-Ouen du Mans, procureur de l'abbé de Saint-Aubin d'Angers, et Gervais, curé de Saint-Pierre-des-Ormes, au sujet des dîmes de la paroisse de Saint-Pierre. — Universis presentes litteras inspecturis, Gaufridus, divina permissione Cenomanensis episcopus, salutem in Domino. Noveritis quod, cum inter religiosos viros abbatem et conventum Sancti Albini Andegavensis et priorem Sancti Audoeni Cenomanensis, eorum procuratorem in hac parte, ratione prioratus Sancti Audoeni

Cenomanensis, ex una parte, et Gervasium, rectorem ecclesie Sancti Petri de Ulmis, ex altera, contentio verteretur super decimis primiciarum et novalium dicte parrochie et oblationibus factis in dicta ecclesia in quinque festis annualibus, de quibus dictus prior percipiebat duas partes, nomine prioratus sui, et super decima vini dicte parrochie temporis preteriti, de quibus omnibus dictus Gervasius dictum priorem spoliaverat et prioratum ejus et tenebat spoliatum, ut dicebat idem prior, ad valorem unius marche argenti, salvo jure adendi et diminuendi, et super duobus sextariis avene que dictus Gervasius pettebat a dicto priore : tamdem dicte partes composuerunt super premissis coram nobis in hunc modum : quod dictus prior et Gervasius de omnibus arreragiis predictis sese ad invicem quitaverunt et de omnibus aliis contentionibus motis inter ipsos, exceptis quinque solidis cenomanensium quos dictus Gervasius, pro omnibus predictis retroactis, tenebitur reddere priori predicto ad synodum sancti Luce proximo venturum, excepta contentione exitus et introitus et clavis grangie super quam non fuit compositum inter ipsos. Per istam autem compositionem tradidit dictus prior dicto Gervasio ad firmam duas partes dictarum primiciarum et oblationum predictarum habendas et possidendas quamdiu idem Gervasius preerit ecclesie predicte, pro quinquaginta solidis turonensium annue firme reddendis dicto priori vel ejus successoribus a dicto Gervasio quamdiu preerit ecclesie predicte, scilicet viginti quinque solidos turonensium ad Purificationem beate Marie, et viginti quinque solidos turonensium ad synodum sancti Luce; et voluit et concessit idem Gervasius quod non credatur ei de solutionibus nisi facte fuerint coram nobis vel coram officiali nostro; et si dictus Gervasius dictam ecclesiam resignaverit, predicte due partes primiciarum dicto priori vel ejus alloquato ad grangiam prioratus Sancti Petri de Ulmis libere revertentur, non obstante traditione predicta, prout superius est expressum et consuetum. Voluit eciam et concessit idem Gervasius, quod dictus prior et ejus successores de cetero habeant et percipiant, in decimis novalium presentium et futurorum, duas partes, sicut idem prior in vetteribus decimis, nomine dicti prioratus, percipere consuevit, et quod decima vini per eorumdem prioris et Gervasii noncios queratur et trahatur ad dictam grangiam et comuniter dividatur, cuilibet pro rata sua sicut de blado dividendo est consuetum, videlicet dicto priori pro duabus partibus, et pro tercia parte Gervasio predicto, et sic due partes decime vini et bladi dicto prioratui remanxerunt, excepta decima vini

vinee dicti Gervasii in qua dictus prior, vel ejus successores, quamdiu dictus Gervasius erit rector ecclesie predicte, nichil percipient nec habebunt, et trahentur dicte decime primitiarum et vini et canabi, pisorum, fabarum et aliorum leguminum et lane, post lapsum dicti termini, ad grangiam predictam, et ibi dividentur cuilibet pro rata sua, et oblationes et decime vitulorum, porcorum, agnorum et anserum in ecclesia dividentur. Tenetur eciam dictus prior facere haberi si possit infra quindenam sancti Clari dicto Gervasio litteras abbatis et conventus sui de hujus compositione tenenda, de qua fideliter et inviolabiliter observanda dicti prior et Gervasius tenentur fide prestita corporali. Nos autem, pensata utilitate monasterii et ecclesie, parcium predictarum compositionem predictam de consensu dictarum parcium confirmamus, et eam sigillo nostro fecimus sigillari in testimonium veritatis. Datum anno Domini M° CC° quinquagesimo secundo, die veneris post octabas sancti Martini estivalis. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

ABBAYE DE SAINT-SERGE D'ANGERS

PRIEURÉ CONVENTUEL DE NOTRE-DAME DES CHAMPS, A LA FLÈCHE

Article 15.

(5 pièces)

1 et **2.** — 1095-1102. — NOTICE QUI RAPPORTE LE DON FAIT A L'ÉGLISE DES CHAMPS PAR RAOUL DE LA BARBÉE A SON LIT DE MORT, LES DIFFICULTÉS QUE FIT AUX MOINES, AU SUJET DE CE DON, RAINAULD, FRÈRE DUDIT RAOUL, ET L'APPROBATION DONNÉE PAR HUGUES DE LA BARBÉE A LA DONATION FAITE A L'ÉGLISE DES CHAMPS PAR RAOUL DE BAZOUGES. — Cum Radulfus de Barbeia infirmitatem de qua obiit sibi ingavescere sentiret, convocans monacos nostros, monacus effectus est, ibique remisit ecclesie nostre et sue, a qua viatici sui tantum sumebat auxilium, omnes omnino tam exactiones quam consuetudines quas quoquomodo possidebat et requirebat in omnibus tam vicariis quam terris et vineis et roagiis

obedientie Camporum adjacentibus, et hoc per consilium et concessionem et voluntatem fratrum suorum Reinaldi et Rodberti et sororis sue Alburgis, et per auctoritatem domini et cognati sui Huberti de Durestallo; his peractis, post paululum defunctus est, et ad ecclesiam nostram delatus, ibique est honorifice sepultus, et martyrologio inter fratrum nomina fideliter est ascriptus. Huic successit, sicut mos est, frater ejus prefatus Rainaldus, qui tam citissime horum omnium oblitus, fratris scilicet donationes et proprie concessionis, ut potius fratris elemosinam infestaret quam defenderet. Dicebat enim se numquam ita sicut monachi acclamabant concessisse; monachi vero eum per presentium testium aggredientes assertionem, rem tam legaliter adquisitatem legaliter defendere volebant; ile vero hoc conspiciens et veram esse monachorum acclamationem, et testium affirmationem cognoscens, requisivit abbatem per monachos quatinus ei pro federe caritatis pelles vulpinas daret, et sic omnia libentissime et fideliter concederet et tueretur perpetualiter. Monachi vero, virum illum magis habere cupientes pacificum quam irratum, quod petebat pacifice contulerunt, et sic veniens in capitulum, adducens secum Rotbertum, fratrem suum, et de militibus suis unum, cuncta, sicut frater dederat, remoto omni ingenio, Deo et sanctis martyribus Sergio et Bacho, et abbati Bernardo et ceteris fratribus omnino remisit, et donum hujus rei in manu abbatis prius positum ipse presentialiter super altare portavit. Hujus rei testes sunt : Rainerius; Rainardus; Rotbertus Malus Meschinus; Aimericus, hostelarius; Giraudus, coqus; Sevinus; Paganus; Hugo de Baraciaquo; Goscelinus, braconarius.

Sciendum est quod Hugo de Barbata concessit Deo et Sancto Sergio, Sancteque Marie de Campis, omnes decimas quas dederat Philippus de Basogiis, [que] erant de feodo ipsius Hugonis et de feodo Barbate, de parrochia Basogiensi. Dedit quoque et concessit omnes decimas et omnes consuetudines omnium rerum quascumque monachi illa die habebant et quas in futurum adquirere possent. Hujus itaque donationis pariter et concessionis [pre]scripte elemosine auctoritatem obtulit Hugo, manu sua ponens super altare Beate Marie. Testes : Lambertus, monacus, tunc prior; An[dreas]; Rainerius, monachus; Philippus de Basogiis; Bernardus, filius ejus; Hugo, armiger Philippi; Rainaudus, dapifer; Garinus Buort. Hanc elemosinam concessit post ea frater predicti Hugonis, Hector nomine, et mater nomine Dometa. Testes : Philippus de Basogiis; Bernerius, presbiter; [Gar]inus.....] monachorum et plures alii. —

(Deux pièces orig. parch., sans trace de sceau. L'une de ces pièces ne donne que la première partie du texte jusqu'à : Sciendum est quod Hugo de Barbata.)

8. — Avant 1102 et après, juillet. — NOTICE QUI RAPPELLE LA VENTE FAITE AUX MOINES DE SAINT-SERGE PAR GUY DE CRÉ ET ALBURGE, SA FEMME, DE LA DIME DE TROIS MOULINS SITUÉS SUR LE LOIR, L'AUTORISATION QU'ILS DONNÈRENT A LA VENTE FAITE A CES RELIGIEUX PAR RAOUL DE LA BARBÉE DE L'ÉGLISE DE SAINT-AUBIN DE BAZOUGES, ET LE DON QU'ILS LEUR FIRENT DE L'ÉGLISE DE SAINT-MÉLAINE DE MIRÉ. — In nomine Sanctae et Individue Trinitatis, ob confirmationem veritatis et ob evitanda pravorum machinamenta, dignum duximus memorie litterarum tradere, quod Wido de Creio et Alburgis, ejus uxor, pro redemptione animarum suarum et parentum suorum vivorum et defunctorum, dederunt et vendiderunt Deo et sanctis martiribus Sergio et Bacho et monachis Deo ibidem famulantibus perpetualiter decimam trium molendinorum quos in suo habebat castello in Lido; concessit etiam, pro anima Walterii, filii sui, proprium monachis quicquid ipsi molendini molerent a sabbato sonantibus vesperis usque ad nocte *(sic)* sequentis diei; dedit etiam decimam sui furnilis quod in suo castello habebat; concessit etiam ipse et Alburgis, ejus uxor, et filia ipsius Widonis, venditionem ecclesiae Sancti Albini de Balsogiis, sicuti eis vendiderat Radulfus de Barbeia, cum omnibus que ad ipsam venditionem pertinebant ex integro, pro animabus videlicet suis et precipue pro anima Walterii, kari filii sui, quem multum diligebant; concessit etiam, immo reddidit monachis Sancti Sergii ecclesiam Sancti Melanii de Miriaco; dederat enim eis eam quondam pro Radulfo, fratre suo, qui in prefata ecclesia habitum susceperat monachicum, et ut vir strenuus in eadem ecclesia eodem habitu usque ad finem vite perseverrevit. Et ut cercior fiat noticia veritatis, donum salva veritate commendabimus litteris. Ecclesiam dedit solidam et quietam, sicuti habebat, cum presbitero, ita sane ut, quamdiu vixerit presbiter, a monachis teneat, sicuti a Widone tenuerat, post mortem vero ejus in dominium Sancti Sergii revertetur, et sicuti abbati placuerit et monachis de ea facient sicuti de sua propria; consuetudines quas presbiter reddebat Widoni et uxori sue, XV videlicet solidos, monachis reddet et cetera beneficia, sicuti Widoni faciebat, monachis faciet. Concessit etiam dimidietatem burgi qui ibidem erat et erit et omnium consuetudinum que de burgo exeunt medietatem; concessit scilicet vendarum et pedagii

et vicarie et medietatem furnulis. Testes : Albericus de Lainiaco; Irchembaudus, filius Urrici; Paganus de Fanoleriis; Radulfus de Barberia; Rainaldus et Rotbertus, fratres ejus; Tescardus, prefectus castri Widonis; Rafredus, prefectus; Aimericus, hospitalarius; Stephanus Fraudus.

Mortuo autem Guidone, tempore donni Gualterii abbatis, Rainerius, gener ejus, per assensum Ameline, uxoris sue, quicquid Guiddo monachis Sancti Sergii dederat aut concesserat cepit infestare, affirmans se et uxorem suam haec que supra dicta sunt nullatenus concessisse. Cujus assertionibus licet monachi satis oportune possent per scripta sua obviare, tamen, amore quietis et spe retributionis, illius voluntariam et benivolam concessionem elegerunt adquirere. Accepto itaque inprimis Sancti Sergii beneficio de manu donni Gaulterii abbatis, Rainerius et uxor sua gratanter concesserunt quicquid Guiddonis tempore de beneficio ejus monachi habuerant et quicquid de beneficio patris sui Petri et avunculi sui Rainerii tenuerant. Deinde, ob recordationis firmitatem, ad excludendum aliquod sue necessitatis foramen, dedit ei supra dictus abba quadraginta solidos, et uxori sue X[cem], et filiae suae IIII[or] denarios, et filiis suis VIII[to] unicuique IIII[or], et in osculo sancto discesserunt. Actum castello Creio, tercia feria infra octabas apostolorum Petri et Pauli.

Testes : Rainaldus Grossinus; Gaufridus Parvus; Johannes de Vesnellis; Hilderius Falsardus; Guillelmus de Bierneio; Hugo de Baraceio; Almarus, presbiter; Bodinus, presbiter; Radfredus, prefectus; Bernerius Bonellus; Garantonus, nepos abbatis; Guarnerius Boguerius; Guillelmus Dalibard; Adelardus Vaslot. — *Au verso est écrit d'une écriture contemporaine à celle de la charte :* Noticia de Croio. — *Un autre titre de la même époque et dont il ne reste que la moitié est ainsi conçu :* DE MERI... et concessio... nerii de Friger... — *(Orig. parch. sans trace de sceau.*

4. — XII[e] siècle. — NOTICE CONSTATANT LE DON D'UN DEMI-ARPENT DE PRÉ, FAIT A L'ÉGLISE DE NOTRE-DAME-DES-CHAMPS PAR GAUDIN DE CRÉ, VICAIRE, QUI ÉTAIT SUR LE POINT DE MOURIR. — Gaudinus de Creio, vicarius, extrema infirmitate correptus, mandavit ad se Lambertum monachum et dedit, pro anima sua et pro animabus parentum suorum, Sancte Marie de Campis dimidium arpentum prati juxta pratum Martini, filii Gunterii. Quem paulo post defunctum monachi honorifice sepelierunt in cimiterio suo apud Campos. Testes huius doni : Brientius, presbiter; Laurentius, filius Benedicti

de Bauge; Martinus, filius Gunterii. Hoc donum concesserunt filius ejus Warinus et filia ejus. — *Au verso, d'une écriture contemporaine à l'acte, est écrit :* De Campis. — *(Orig. parch., sans trace de sceau.)*

5. — 1142. — NOTICE QUI RAPPELLE LA REMISE FAITE A L'ÉGLISE DES CHAMPS PAR GARSILLE, A LA PRIÈRE DU MOINE JOSCELIN, D'UN CENS ANNUEL DE QUATRE DENIERS QUE LES RELIGIEUX DE CETTE ÉGLISE LUI DEVAIENT PAYER CHAQUE ANNÉE AU JOUR DE LA FÊTE DE SAINT AUBIN. — Quum generatio preterit et generatio advenit, et omnis etas tendit ad occasum, ideo litterali tradere memorie curavimus, quod quidam monacus, Joscelinus nomine, dum æcclesiæ de Campis preerat, adiit donnum Garsilium, extrema infirmitate detentum, et peciit ab eo eut concederet æcclesiæ Sancte Marie de Campis IIII denarios census, quos illi debebant monachi in festivitate sancti Albini; et ille, annuens precibus monachi, concedente filio suo Fulcranno, revestivit eum de elemosina cum quadam virga quam ipse tenebat et filius ejus. Testes qui hoc viderunt et audierunt : Fulcrannus, filius ejus, qui hoc donum concessit; Robertus de Sableio; Theobaldus de Matefelon; Rainardus, frater Garsilii; Eliordus de Troeia; Leseardus de Saugis; Leseardus de Mariis et Johannes, armiger ejus, et multi alii. Hec facta sunt apud Torminaeum, castrum suum, anno M. C. XLII. ab Incarnatione Domini. — *Au verso, d'une écriture du* XIVe *siècle :* Pro priore de Campis. — *(Orig. parch., sans trace de sceau.)*

ABBAYE DE SAINT-JOUIN DE MARNE

Article 16.

(1 pièce.)

976, avril. — Charte datée de Poitiers, par laquelle Geoffroy Grisegonelle restitue à l'abbaye de Saint-Jouin de Marne la propriété de l'église de Saint-Jouin du Lude. — *(Orig. parch., sceau perdu).* — Imprimé, *Cartulaire de Saint-Aubin d'Angers,* par M. le comte Bertrand de Broussillon, n° D CCC XXI.

ABBAYE DE LA SAINTE-TRINITÉ DE VENDOME

Article 17.

(4 pièces.)

1. — PRIEURÉ DE SAINT-VINCENT DE LA CHARTRE. — 1259. — Charte passée devant Henri II, roi d'Angleterre, duc de Normandie et d'Aquitaine et comte d'Anjou, entre Garin, abbé de Saint-Julien de Tours, et Robert, abbé de la Trinité de Vendôme, au sujet des trois chapelles de la Chartre, dont les moines de Saint-Julien réclamaient la possession. — *(Orig. parch., sceau perdu.)* — Imprimé, *Cartulaire de la Trinité de Vendôme,* par l'abbé Ch. Métais, t. II, nº DLVI, p. 413.

PRIEURÉ DE SAINT-PIERRE DE SAVIGNY-SUR-BRAYE. — **2.** — 1547-1735. — COPIE DE DÉCLARATIONS FAITES AU PRIEURÉ DE SAVIGNY.

1547, 5 septembre. — Déclaration de Georges Charlot à Mᵉ Claude Salve, prieur du prieuré de Savigny, dépendant du couvent de la Sainte-Trinité de Vendôme, pour une portion du pré de la Fontaine-Morte, joignant la Paradisière.

1607, 5 décembre. — Déclaration de Georges Charlot, demeurant à Savigny, et Louis Martin, notaire à Berfay, à frère Gille de Turquin, prieur de Savigny, pour un pré en la prairie de la Braye, proche la Paradisière.

1643, 30 juin. — Déclaration de Jacques de Méhabert, ancien lieutenant de Savigny, à dom Bruno de Vallée, prêtre, religieux profès de l'ordre et congrégation de Saint-Benoît, prieur de Savigny, pour une portion de pré sous la Brunelière.

1735, 22 juin. — Jugement condamnant le sieur Jacques-Michel de Méhabert, seigneur de la Haute et Basse-Brunelière, à déclarer à dom Jacques Picard, sous-diacre, religieux profès de l'ordre de Saint-Benoît, congrégation de Saint-Maur, seigneur et prieur du prieuré de Savigny, deux prés en la prairie de Savigny, dont l'un sous la Brunelière, tenus censivement du prieuré de Saint-Pierre de Savigny-sur-Braye et Cormenon, son annexe.

1735, 19 août. — Assignation audit Mᵉ Jacques-Michel de

Méhabert, seigneur de la Haute et Basse-Brunelière, conseiller du roi, élu en l'élection de Vendôme, demeurant à sa terre de la Brunelière, à comparaître aux assises du prieuré de Savigny pour déclarer les choses ci-dessus. — *(Exp. pap.)*

3. — 1665, 21 décembre. — Déclaration de Pierre Crosneau, avocat en Parlement, conseiller et maître ordinaire des requêtes au Châtelet de Paris, aux bénédictins de l'abbaye de la Sainte-Trinité de Vendôme, à cause de leur prieuré de Savigny-sur-Braye, membre dépendant et à présent réuni à leur mense et communauté, pour le pré de la Fontaine-Morte, dans la grande prairie de Savigny. — *(Exp. parch.)*

4. — 1749, 25 juin. — Déclaration à dom Jacques Picquard, sous-diacre, religieux profès de l'ordre de Saint-Benoît, congrégation de Saint-Maur, seigneur prieur de Savigny-sur-Braye et Cormenon, son annexe, par Mᵉ Jacques-Michel de Méhabert, conseiller du roi, élu en l'élection de Vendôme, demeurant en sa maison de la Brunellière, pour un pré joignant ceux de la Paradisière, à Savigny. — *(Exp. pap.)*

ABBAYE DE SAINT-LOMER DE BLOIS

PRIEURÉ CONVENTUEL DE NOTRE-DAME DE MAMERS

Article 18.

(1 pièce.)

1396, 29 novembre. — BAIL FAIT PAR JEAN LANGLOIS A GUILLOT PETITE D'UNE MAISON ET DE CERTAINS AUTRES HÉRITAGES, LE TOUT SITUÉ PAROISSE D'ORIGNY-LE-ROUX, CHARGÉ DE QUATRE DENIERS DE CENS ENVERS LE PRIEUR DE MAMERS, A CAUSE DE SON FIEF DE MEHATON. — A touz ceulx, qui ces présentes lettres verront, Robin de Monceaux, garde du seel de la chastellenie de la Perrière et tabellion du lieu, salut. Sachent touz que pardevant nous furent présens

Guillot Petite, paroissien d'Origné le Roux, et Johanne, sa femme, de lui suffisamment auttorisée quant ad ce qui enssuit, lesquelx, de leurs bonnes volentés, si comme ils disent, cognurent et confessèrent eulx avoir prins, retenu et acepté pour eulx et pour leurs hoirs à touz jours mes héritalment, de la baillée Jehan Lenglais, de la dicte paroisse, à eulx faicte pour le pris et la somme de quinze souls six deniers tournois ou de monnoie courant au païs, d'annuel et perpétuel rente héritaulx, à rendre et à poier par chacun an au terme de la feste saint Remy, c'est assavoir: une meson avecques une pièce de terre en laquelle sciet ladicte meson, si comme tout se pourssuit o leurs appartenances, joingnant d'un cousté à l'héritage Michel Dalier et d'aultre cousté à l'héritage Jehan Gremillon, et d'un bout au boys de Chier Perrigne et d'aultre au chemin tendant de Mehaton à Origné le Roux; et avecques ce deux pièces terre si comme elles se pourssuivent o leurs appartenances, dont l'une joingt d'un cousté à l'héritage Jehan Manguin, et d'aultre à l'héritage Michel Dalier, et d'un bout audit boys de Chier Perrigne, et d'aultre bout au chemin dessus dit; et l'autre pièce de terre joingt d'un cousté à l'héritage dudit Jehan Gremillon et d'aultre au chemin tendant des bois de Chier Perrigne à Memers, et d'un bout à l'héritaige Thomas Houel à cause de sa femme et d'aultre au chemin tendant de Mehaton à Origné le Roux. Et est réservé audit bailleur, sa vie durant seullement, la moitié des noix qui croistront chacun an ledit temps durant en un nouyer qui est en ladicte baillée. Et par le contrault de la dicte prinze faisant, les diz preneurs et leurs hoirs sont et seront tenus de tenir la meson dessus dicte en bonne et suffisante repparacion hérital. . . . . . Et avesques ce sont et seront tenus les diz preneurs et leurs hoirs de faire et poier héritalment quatre deniers maille de cens au prieur de Memers et à ses successeurs chacun an, au terme qu'ils sont deuz, et les corvaiges et biennaiges tielx comme ils sont deuz à cause des héritaiges dessus diz. . . . . . . Lesquelles [choses] nous avons seellé du seel dessusdit. Donné l'an de grâce mil trois cens quatre vings et seze, le penultième jour de novembre. R. de Monceaux. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

PRIEURÉ DE SAINT-ÉLOI DE PARIS

Article 19.

(1 pièce.)

1289, 26 mai. — Amortissement fait par le prieur de Saint-Éloi de Paris d'une grange située devant l'église Saint-Paul, appartenant a la Maison-Dieu de Saint-Gervais de Paris. — Universis presentes litteras inspecturis, frater Adam, humilis prior prioratus Sancti Eligii Parisiensis, salutem in Domino. Notum facimus quod, cum dilecti nostri magister, fratres et sorores Domus Dei Sancti Gervasii Parisiensiensis haberent, tenerent et possiderent, a nobis et nostro prioratu predictis, quamdam granchiam seu porprisium sitam Parisius ante ecclesiam Sancti Pauli Parisiensis, contingentem domui reverendi patris domini Meldensis episcopi, ex una parte, et ruelle de Falsa Poterna, ex altera, in censiva et dominio nostris, oneratam tantummodo in septem denariis capitalis census, seu fundi terre, solvendis nobis et nostris successoribus quolibet anno in festo Conversionis Sancti Pauli, de quo quidem porprisio supradicto, Maria dicta la Chandeliere tenet et possidet quamdam domum, sicut se comportat ante et retro sibi, acensatam pro decem et octo solidis parisiensium annui incrementi census seu redditus; nosque cogeremus eosdem ut dicti magister, fratres et sorores ponerent extra manum suam porprisium seu granchiam supradictam necnon et decem et octo solidos supradictos; tandem, amicorum communium interventu, utilitate nichilominus nostra et nostri prioratus multipliciter pensata, dictis magistro, fratribus et sororibus dictam granchiam seu porprisium dimisimus, et eisdem dimissum admortizavimus et concessimus admortizatum tenere, seu in manu mortua ex nunc im posterum possidere, hoc adjecto et in pactum specialiter inter nos et eosdem magistrum, fratres et sorores deducto, quod ipsi nobis et nostris successoribus sexaginta solidos parisiensium annui incrementi census reddent et solvent, reddere et solvere tenebuntur ex nunc im perpetuum super toto porpisio et granchia supradictis quolibet anno quatuor terminis Parisius consuetis, una cum septem denariis pro capitali censu, seu fundo terre, solvendis quolibet anno nobis predictis in festo Conversionis Sancti Pauli, retenta nobis et nostro prioratui et nostris successoribus per pactum predictum de communi consensu et voluntate

dictorum magistri, fratrum et sororum, omnimoda justitia tam alta quam bassa et excercitio ejusdem sicut prius habebamus in toto porprisio et domo Candelarie predictis, et in granchia, in personis ibidem nunc morantibus et moraturis, et rebus ibidem nunc extantibus et extituris. Nos autem prior predictus, pro nobis et nostris successoribus, promittimus bona fide quod dictis magistro, fratribus et sororibus solventibus censum predictum, ut dictum est, servantibus et adimplentibus omnia et singula supradicta, quod nos non cogemus eos ponere extra manum suam porprisium seu granchiam predicta, nec decem et octo solidos supradictos, inmo eadem sibi garantizabimus ad censum predictum, ad usus et consuetudinem Francie, contra omnes. In cujus rei testimonium et munimen sigillum nostri prioratus presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo nono, die Jovis ante festum Penthecostes. — *Au verso est inscrit :* L'an mil cinq cens cinquante cinq, le mercredy dernier jour de febvrier, les soixante soz parisis de rente deubz sur la maison mentionnez et declarez au blanc ont esté rachectez au denier vingt suyvant l'édit perpetuel du roy sur le faict des rachaptz des cens et rentes foncières, et admortyes par Me Guy du Val, maître et administrateur de l'Hostel Dieu près Saint Gervais à Paris, ains qu'il est plus au long déclaré ès letres de quictances de ce faictes les jour et an que dessus. G. Molay. E. Larbat. — *(Orig. parch., scellé de cire brune sur double queue de parch.)*

ABBAYE DE SAINT-ÉVROUL

Article 20.

(1 pièce.)

Prieuré de Notre-Dame de Maule-sur-Mauldre. — 1488, 11 juillet. — Lettres de « Jehan Regnier, garde des seaulx de la chastellenie de Maule sur Mauldre, pour noble homme messire Guillaume Rippart, chevalier, seigneur dudit lieu », qui attestent le bail fait devant « Thomas Tirmoys, prebtre, tabellion juré en ladite chastellenie », par « religieuse et discrète personne dam Berauld de Bruce, prebtre, prieur du prieuré de Notre Dame dudit Maule », à Robin Debeyne, labou-

reur, de la ferme de Sainte-Colombe, dépendant dudit prieuré. Ledit bail fait pour le temps de vingt-neuf ans, et pour la rente annuelle de six francs, payables à la Saint-Martin d'hiver. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

ABBAYE DE SAINT-MÉLAINE DE RENNES

Article 21.

(4 pièces.)

1. — 1200. — Charte de Pierre, évêque de Saint-Malo, Tuald, abbé de Saint-Jacques de Montfort, et Pierre, doyen de Montfort, qui, jugeant au nom du pape Innocent III un procès entre l'évêque de Saint-Brieuc et l'abbé et les moines de Saint-Mélaine, accordent aux derniers le droit de présenter a la cure de Bréhand. — Petrus, Dei gratia Macloviensis episcopus, et Tualdus, abbas Sancti Jacobi de Monteforti, et Petrus, decanus Monfortensis, omnibus Xristi fidelibus presentem paginam inspecturis, salutem in Domino. Cum nos, de mandato Summi Pontificis Innocentii tercii, suscepissemus causam que vertebatur inter Briocensem episcopum, ex una parte, et abbatem et monachos Sancti Melani Redonensis, ex alia, super jure patronatus ecclesie de Brehant, fine canonico terminandam, in ejus cognitione secundum jura processimus quantum potuimus; post multas itaque altercationes et labores diutinos, plenius hinc inde auditis rationibus, et inspectis diligenter attestationibus et omnibus instrumentis, adhibito nobis prudentum virorum et juris peritorum consilio, per diffinitivam sententiam adjudicavimus presentationem supradicte ecclesie de Brehant abbati et monachis Sancti Melanii habendam in perpetuum et pacifice possidendam, salvo jure episcopali. Ut autem hoc ratum futuris temporibus permaneret, litteras istas sigillorum nostrorum impressione fecimus sigillari. Actum est hoc apud Nannetem, anno gratie M° CC°, sub his testibus : Petro et Radulfo, archidiaconis Santi Maclovii; magistro Willelmo de Montendra; Bertranno Salnerio, canonico Redonensi; Willelmo de Miniac, canonico Sancti Maclovii; Willelmo Peregrino, diacono, et multis aliis. — *(Orig. parch. primitivement scellé de trois sceaux, sur doubles queues de parchemin, aujourd'hui perdus.)*

PRIEURÉ DE NOTRE DAME DE VITRÉ. — 2. — 1319, 21 juillet. — SENTENCE RENDUE PAR ALAIN, ÉVÊQUE DE RENNES, ET GUY, SEIGNEUR DE LAVAL ET DE VITRÉ, AU PROFIT DU PRIEUR DE NOTRE-DAME DE VITRÉ, CONTRE LE CURÉ DE BALAZÉ, AU SUJET DES DEUX PARTS DES DIMES DE LA PAROISSE DE BALAZÉ. — Comme contenz fust esmeu par davant nous Alain, par la graice de Deu évesque de Renes, et par davant nous Guy, segneur de Laval et de Vitré, entre frère Pierres de Crennes, priour dou prioulé de Notre Dame de Vitré en celu temps, de une partie, et monsor André Helis, persone de Balazé en celu temps, de l'autre, sus ce que ledit priour diset vers ledit rector luy et ses predecessors estre et avair esté en sesine par reson de son priouré des dous parz de totes les deimes, prémices et oblacions, émolumenz, profiz et eyssues provenanz et apartenanz à iglèse en la parroaisse de Balazé, lesquelles choses ledit priour ou son prédécessor avait baillées à monsor Raoul, darreinement persone de Balazé, et les tenet ledit persone, au temps que il morit, à ferme doudit prioul, et morit environ trays anz a, lesquelles choses ledit rector en dreit pardavant nous cela estre vraies et ledit priour entendit à prover à li soffere, lequel priour nous amena plusors tesmoainz par soffisant nombre, bons, loyaux, dignes de foy, de bonne renommée et de bonne conversacion, non subspez, receuz et jurez en la présence doudit rector, par nous et par chescun de nous bien et loyaument et delijaument enquis et examinez sur les choses porpousées de la partie doudit priour, par la déposicion desquex tesmoainz et de chescun d'ices fut troé soffisaument par davant nous et par davant chescun de nous ce que ledit priour avait avoé, et mesmement ledit priour disant encore et porpousant envers ledit rector que autrefeiz avait esté débat sus les dites choses entre plusors des prédécessors doudit priour et des prédécessors doudit rector et avait esté troé par davant honorable home et discret l'official de Renes, qui estet por le temps, et pronuncié par la sentence diffinitive doudit official contre Guillaume Sohier, qui lors estet procureurs, mestre Guillaume Hardi qui en celui temps estet persoene de l'iglise de Balazé, si comme il nous apparut par lettres seellées dou seel de la cort au dit official, que ce estet la droiture et la sesine des prédécessours doudit priour par reson doudit priouré, si comme il nous apparut par lectres bonnes et saines et entières seellées dou seel doudit official, lesquelles choses troées et approvées en la manière que desus est dit et pronuncié à tenir et estre vrayes, en dreit par davant

nous et pardavant chescun de nous et en la présence des dites parties, le dit rector de sa bonne volenté print et affrema doudit priour le dreit et la reson que ledit priour avait èsdites choses o la grange et o les apartenances de la dite grange, tant comme il sera rector de ladite iglese, en rendant audit priour et à ses successors par chescun an trente livres de bonne monnoie, c'est assavoir: par chescune Nativité de Notre Segnor, quinze livres; et par chescune Nativité de saint Johan Baptiste, quinze livres, et par cest acort ledit priour baille audit rector sa grange de jouste l'iglèse de Balazé et la deit ledit priour une feiz metre en estat soffisant et de illeques en avant ledit rector la deit tenir en bon et soffisant estat, tant comme il sera rector de ladite iglèse, et par cest acort deit ledit rector toz les couz magistraux, charges, subvencions, et totes redevances que ledit priour devret ou seret tenu paier a quexque persones par reson des dites choses tant comme il sera rector de ladite iglèse, et est tenu ledit rector donner et passer audit priour lectres de la court monsegnor de Bretaigne et de chescun de nous les meillours et de la meillor fourme et des plus forz liens que ledit prioul fara fere ou deviser segont la fourme de cestes lectres, et ledit priour audit rectour en manière semblable. Et à ce tenir et acomplir loyaument sanz venir encontre et sanz riens en rappeler oblige ledit rector audit priour toz ses biens mobles et immobles présenz et futurs, en quelque lou et foz, quelque segnorie que ils saint, voulant et otriant que nous et chescun de nous comme court façon audit priour et à ses successors leș choses desus dites et la tenor de ceste lectre enteriner sanz plait, et à ce furent les dites parties condampnez par lours sermenz davant nous donnez chescun en tant comme il i est tenu. Ce fut donné ou jour de semadi prochain avant la Magdelaine, en l'an de graice mil trays cenz et dez et nouf. *(Orig. parch. scellé en cire brune sur double queue de parchemin du sceau de l'évêque de Rennes.)*

8. — 1399, 20 mai. — Aveu rendu a Olivier Hay, prieur de Notre-Dame de Vitré, au regard de son fief de Marpiré, par Jehan Perrier, tuteur de ses enfants mineurs. — Présent en notre court de Vitré, Jouhan Perryer, comme garde natureill et ligitime administratour de Macé, son filz, et filz de Jouhane Chairon, qui fame fut doudit Perrier, qui confessa luy estre home de son seigneur religioux et noble home frère Olivier Hay, priour dou prioure de l'église de Notre Dame de Vitré, et de luy tenir certainz et plusieurs héritages

sauff à les déclerer si moictié seret siis effez de Marpiré en noz reffez, comme il disoit, par raeson et à cause desquelz héritages ledit garde oudit nom cognut devoir chacun an audit son seigneur, au terme de la Saint André, quatorze deniers et le tiers d'un denier de rente. Item connut que il oudit nom et les aultres homes desdiz fez de Marpiré home doudit priouré et doivent par chacun an chacun d'eulx savoir est : les homes qui ont bestes tréables esdiz fez, mener et chareiez par un jour tant soulement au temps de Noël dou buchage que ledit son seigneur a et li apartient ès usages des foretz de Vitré; et celx qui n'ont bestes tréables, le couper et abatre les requérants deuement et lour faesant despens suffisans. Item connut ledit garde oudit nom que il oudit nom et lesdits homes doivent aller à la Bouessière de Chevre couper, abatre, mener et chareiez audit priouré de Vitré le boeys que ledit priour de Vitré donne et fait bailler à Vitré au jour de Pasques Flouries, savoir est : celx qui ont bestes tréables, mener et chareiez ledit boeys; et celx qui n'ont bestes tréables esdits fez le coupper et abatre, délivrant celi priour ou ses officiers ledit boeys à la Bouessière de Chevre, les requérant deuement et lour faesant despens suffisans. Et estre tenues dehors et confesse devoir audit son segneur, à cause desdites chouses et chacune, obéissance comme à seigneur, quelle rente celi garde oudit nom li promist et voulut paier audit son seigneur et li en continuer la saesine et desdits devers por ce que li en touche le temps durant que il sera teneur desdits héritages et y fut de son assentement par son serment condampné et condampnasme. Fet le mardi après la feste de Penthecoste, l'an mil troys cenz quatre vignz dez et neuf. Guillaume de Balazé passe. — *(Orig. parch.)*

4. — 1399, 31 mai. — Aveu au prieur de Notre-Dame de Vitré par Guillaume Cardinel. — Présent par notre court de Vitré, Guillaume Cardinel, qui cognut et confessa estre home et subget de son seigneur noble home religioux frère Olivier Hay, priour dou priouré de Notre Dame de Vitré, et de li tenir certainz et plusieurs héritages sauff à les monstrer et déclérer combien moitié sera, estanz effez de Marpiré, en la paroaisse de Marpiré, à cause et par raeson desquelx il cognut devoir chacun an audit son seigneur les rentes qui ensuivent et savoir est : au terme de la Saint André trois solz de rente, en ce compte compté neuf deniers deuz à cause des héritages que il a euz par contract hérital des enffanz feu Guillaume Besnet, et en ce compté dez ouyct deniers de rente en la descharge de

Johan Buschet; et au jour de saint Johan Bauptiste vignt deniers pougeois de rente amendables, lequelx amende est deue ou cas que seret en deffaut de les paier audit jour au sergent doudit son seigneur dessus les lieux, en ce compté cinq deniers les troys parz de maille qu'il paie en deschargent lesdits enffanz doudit feu Besnet. Item cognut que li et les autres hommes doudit fé doudit son seigneur doivent chacun d'elx par chacun an au temps de Noël une jornée tant soulement au buschage que ledit priour a et li apartient ès usages de forestz de Vitré, savoir est : celx qui ont bestes tréables oudit fé, le mener et chareiez oudit prioure; et celx qui n'ont bestes tréables oudit fé, le couper et abatre, les requérant deuement et lour faesant despens suffisants. Item confessa que luy et les autres hommes tenues doudit fé doudit son segneur doivent par chacun an chacun d'elx une jornée tant soulement à aller à la Bouessière de Chevre couper et abatre le boeys que ledit son seigneur donne et fet bailler le jour de Pasques Flouries à Vitré, celx qui n'ont bestes tréables oudit fé, couper et abatre, icelx qui ont bestes tréables oudit fé, le mener et charieiz à ladite priouré, délivrant celi priour celi boueys à ladite Bouessière les requérant deuement et lour faesant despens suffisant. Et confessa estre estager nuement tenu dudit fé, et confessa li devoir, à cause desdites chouses, obéissances comme à segneur, quelle rente il voulut paier audit son seigneur et li continuer la saesine desdits devers por ce que li en touche tant comme sera teneur desdits héritages, et y fut de son assentement condampné par son serment. Fet le samadi après le Sacre, l'an mil CCC IIII[xx] dez et noief. Guillaume de Balazé passe. — *(Orig. parch.)*

ABBAYE DE LA SAINTE-TRINITÉ DE LESSAY

Article 22.

(1 pièce.)

1196. — CHARTE DE GUILLAUME, ÉVÊQUE DE COUTANCES, QUI ATTESTE LE DON FAIT A L'ABBAYE DE LA SAINTE-TRINITÉ DE LESSAY, PAR HENRI DE FEUGÈRES, DE TOUS LES DROITS QU'IL AVAIT DANS L'ÉGLISE DE SAINT-PIERRE DE FEUGÈRES. — Omnibus Xristi fidelibus ad quos presens scriptum pervene-

rit, Willelmus, Dei gratia Constanciensis ecclesie minister humilis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra, Henricum de Fulgeriis dedisse et concessisse per manum nostram, concedentibus dominis suis, abbatie Sancte Trinitatis Exaquii, pro anima sua, et pro animabus omnium amicorum suorum, quicquid juris habebat in ecclesia Sancti Petri de Filgeriis et in capellis ejusdem ville, scilicet presentationem illius ecclesie, cum decimis et elemosinis eisdem ecclesiis pertinentibus. Dedit etiam predicte abbatie in eadem villa de Filgeriis : maisuram Odonis de Furno, et maisuram Willelmi Doee, et maisuram Ricardi Malpoint, et maisuram Pagani Marmion, et terram quam Anketillus et Symon de Alno tenent ante ecclesiam, et clausum quod Richerius tenebat de eo, et maisuram Willelmi filii Durandi. Hanc igitur donationem liberam et quietam ab omni servicio, et auxilio, et reclamatione super altare Sancte Trinitatis Exaquii posuit in manu nostra et sacramento firmavit. Nos autem has donationes, ratas habentes, auctoritate nostra et sigilli nostri munimine confirmamus. Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini M° C° XC VI[to]. Testibus his : magistro Ricardo Hairon; magistro Radulpho de Talvende; Willelmo de Anketevilla, presbitero; Ricardo de Landa, et multis aliis. — *A la suite, en écriture du* XVIII[e] *siècle :* Registré au livre blanc fol. 101 recto et au livre noir chap. LXV. — *Au verso, en écriture contemporaine du document :* Willelmus episcopus Constanciensis, de Fulgeriis. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

ABBAYE DE PONTLEVOY

Article 23.

(1 pièce.)

Pieuré de Saint-Pierre de la Ferté-Villeneuil. — 1202. — Charte de Louis, comte de Blois et de Clermont, qui confirme les dons faits au prieuré de Saint-Pierre par Hugues de la Ferté. — Ego Ludovicus, comes Blesis et Clarimontis, notum facio universis quod Hugo de Firmitate dedit monachis Sancti Petri de Firmitate piscationem quam habebat in aqua a molendinis novis usque ad molendi-

num de Chavanz, integre et libere perpetuo possidendam. Preterea Jherusalem profecturus secunda vice, attendens quod XXti VI solidi, quos pro decima furni sui, dictis monachis annuatim reddebat, ad justam illius decime solutionem non sufficiebant, pro salute sua, et Beatricis, uxoris sue, et patris sui, et matris sue, et aliorum antecessorum suorum, adjecit in elemosinam predictis XXti VI solidis, prefata uxore sua concedente, XXti IIIIor solidos, volens et instituens, ut de cetero, pro decima memorati furni memoratis monachis annuatim L solidi, ab ipso et ab eis qui post ipsum furnum eundem possessuri sunt, reddantur in perpetuum; de quibus L solidis singulis ebdomadis XII denarii reddentur donec totum persolutum sit. Ego vero, ad peticionem ipsius Hugonis, predictam elemosinam manu cepi. Quod ut ratum esset et constans, litterarum mearum attestatione et sigilli mei impressione confirmavi. Actum firmiter anno gratie M° CC° II°. Datum per manum Theobaldi cancellarii. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

ABBAYE DE SAINT-CYPRIEN DE POITIERS

Article 24.

(1 pièce.)

1258, 29 mars. — Accord entre Raoul de Beaumont, seigneur de Bressuire, d'une part, et l'abbé de Saint-Cyprien de Poitiers, au nom du prieuré de Saint-Cyprien de Bressuire, d'autre part, relatif a leurs droits. — Universis presentes litteras inspecturis, Radulfus, decanus, et capitulum Pictavense, salutem in Domino. Noveritis quod, cum inter religiosum virum abbatem Sancti Cypriani Pictavensis, nomine monasterii sui et prioratus Sancti Cypriani de Bercorio ac hominum abbatis de Flazeis, ex una parte, et nobilem virum Radulfum de Bellomonte, dominum de Bercorio, ex altera, tam super talleiis, charreagiis, calceiis, portis calceiarum, biennis, frumentagiis, bastardis, albanis et vacis hominibus, exercitu, calvacata, molendinis, garenis, quam super aliis multis articulis, contentio verteretur, ac inter partes predictas fuisset diutius deductum in juditio et etiam agitatum; tandem, post multas altercationes, interveniente pro-

borum et prudentum virorum consilio et tractatu, communi assensu abbatis et domini predictorum, inter dictum abbatem pro se et conventu suo et hominibus suis de Flazeis, ex una parte, et dictum dominum pro se, heredibus, successoribusque suis, ex altera, super premissis omnibus, ac etiam super omnibus dampnis et expensis quas utraque pars habuerat ac facerat, ratione predictorum, nec non super omnibus questionibus et querelis que erant inter abbatem et dominum supradictos, pacificatum, concordatum ac ordinatum extitit in hunc modum : videlicet, quod pro talleia, quam petebat dominus Bercorii ab hominibus abbatis ad adjuvamentum filie domini de Bercorio, qui pro tempore esset, maritande, ac pro talleia quam dictus dominus, dominum Bercorii, qui pro tempore esset, habere dicebat in novitate sue milicie in hominibus supradictis, et pro ea etiam talleia sive pro eis talleiis, quam vel quas idem dominus dominum Bercorii, qui pro tempore esset, posse petere et exigere asserebat, quando dominum Bercorii capi contingeret in torneamento vel in guerra, vel quando ipsum dominum Bercorii, qui pro tempore esset, contingeret transmeare ab hostibus antedictis, ac etiam pro omnibus quibuscumque aliis talleiis, exactionibus vel serviciis, exceptis hiis que inferius specificata sunt et expressa, ac etiam pro charreagio, quod idem dominus super dictis hominibus dominum Bercorii habere dicebat, prior prioratus predicti et ejus successores vel eorum mandatum predicto domino ejusque successoribus vel eorum mandato reddent et solvent viginti quinque solidos usualis monete in vigilia Omnium Sanctorum annuatim, quibus viginti quinque solidis persolutis, predicti homines abbatis et prioratus predictorum aut eorum heredes ratione aliquarum aliarum talleiarum, exactionum sive charreagiorum non tenebuntur in aliquo dicto domino nec ejus successoribus, nisi solum ad talleiam de festagio et ad talleiam quam consuevit percipere in festo Sancti Johannis, ut dicitur, dominus Bercorii ab eisdem, et ad talleiam de mortua manu quando ipsam evenire contigerit, sicut homines aliorum religiosorum de terra ipsius domini qui ad eam tenentur; de qua talleia de mortua manu inter partes predictas sic extitit ordinatum : quod si, quocumque casu contingente, cessaret predicta talleia de mortua manu in castellania de Bercorio vel honore, predicti homines vel eorum heredes a prestatione et debito hujusmodi tallie de mortua manu liberi remaneant penitus et immunes; si vero prior, qui pro tempore erit in prioratu predicto, in solutione dictorum viginti quinque solidorum cessaverit in termino antedicto, me-

moratus dominus et ejus successores usque ad predictam summam viginti quinque solidorum et non alias ad res et terram predictorum hominum se poterunt vindicare. Predictus autem dominus Bercorii, heredes successoresque sui calceiatam stagni ipsius domini in qua situm est est molendinum molendinum *(sic)* prioratus predicti et molendinum ipsius domini, in quantum protenditur dicta calceiata longitudine, altitudine et latitudine, a burgo Sancti Cypriani de Bercorio usque ad introitum castri Bercorii, nec non portas ipsius calceiate seu stagni, tenebuntur de cetero in perpetuum facere, reficere, emendare, reparare ac omnino restaurare et in bono statu tenere continue, quociens-cumque calceiata et porte ejusdem vel aliquid eorum factione, refectione, emendatione, reparatione aut etiam restauratione indiguerint, vel aliquo predictorum ad quorum calciate et portarum factionem, refectionem, emendationem, reparationem aut etiam restaurationem vel eorum aliquid, prior prioratus predicti vel abbas sive successores eorum aut etiam homines eorumdem non tenebuntur de cetero aliquid ponere, contribuere neque dare, neque in esu, neque in potu, nec in pecunia, nec etiam aliquo alio quoquo modo; pro quibus factionibus, refectionibus, emendationibus, reparationibus, restaurationibus calceieate et portarum, memoratus abbas pro se et conventu suo dimisit penitus et quittavit domino Bercorii antedicto et suis successoribus omnem piscationem sive capturam piscium quam dictus prioratus sive idem abbas habebant in stagno predicto et portis ejusdem, sive cum virgis, sive cum quolibet alio instrumento; et ne super levatione dictarum portarum prior vel prioratus predicti in molendino suo predicto vel alias aliquo patiantur tempore detrimentum aut aliquam lesionem, circa levationem earum taliter extitit ordinatum, quod duo homines fideles manentes in burgo Sancti Cypriani predicto constituentur a dicto domino ad levandas portas predictas, quociens opus fuerit priori et prioratui antedictis, qui si constituti non essent vel si essent et facta requisitione eis aut eorum aliquo vel denunciatione eorum domui, non fieret portarum levatio predictarum per eos vel alterum eorumdem, priori, qui pro tempore erit in dicto prioratu, vel ejus nunciis, ex tunc portas predictas libere levare licebit si sibi viderint expedire; si vero dominus supradictus vel ejus successores priorem qui pro tempore erit vel ejus nuncios suspectos haberent quod factum non fuisset illud quod faciendum esset secundum formam superius annotatam, super predictis semper crederetur levatori sive levatoribus earumdem dum modo super hiis fidem facerent jura-

mento; si autem ob defectum factionis, refectionis, emendationis, reparationis, retaurationis predictarum calceiate vel portarum vel alicujus premissorum abbas vel prioratus predicti in molendino suo predicto sito in calceiata predicta vel etiam alias sustinerent tractu temporis detrimentum aliquid sive dampnum, dictus dominus de Bercorio, heredesque ac successores ipsius, abbati et prioratui antedictis dampna tenebuntur integre resarcire ac etiam omnino restaurare. De biennio vero sic extitit ordinatum, quod homines abbatis predicti de Flazeis agricultores cum bobus, per duas septimanas biennum domino Bercorii et successoribus suis facient atque reddent annis singulis, et alii homines de Flazeis tantum boves non habentes per unam septimanam, ita tamen quod tam isti quam illi supradictum biennum facere minime tenebuntur tempore communium messium, vindemiarum aut seminationum, nisi urgens et evidens necessitas id exposcat. Frumentagium autem habebit dominus antedictus et ejus successores in hominibus de Flazeis tantum antedictis secundum quod ipse vel tenentes ab eo habere actenus consueverunt. De exercitu autem et cavalcata sic extitit ordinatum quod homines abbatis predicti de Flazeis tenebuntur ad exercitum et cavalcatam pro defensione terre solummodo domini supradicti, ita etiam quod si dominus predictus vel ejus successores in exercitu vel cavalcata pro defensione terre exierint, ipsos sequi tenebuntur homines supradicti usque ad locum solummodo unde, ipsa die qua pro exercitu sive cavalcata ab hospiciis suis homines antedicti recesserint, reverti valeant ad hospicia eorumdem; et si ipsum dominum vel successores suos in exercitu vel cavalcata pro defensione terre sue contingat moram facere ultra unam diem, ad custodiam castri de Bercorio venient homines de Flazeis antedicti et illud pro posse suo custodient sicut alii homines aliorum religiosorum qui ad hoc tenentur predicte castellanie, quamdiu dictus dominus in exercitu suo erit. Bastardi vero albani et vaci homines eidem remanebunt de cetero in cujus dominio prima nocte jacebunt, abbatis, domini de Bercorio scilicet, vel prioris, ita tamen quod domino Bercorii remanebunt jura sua super bastardis, albanis et vacis hominibus remanentibus in terra abbatis et prioratus predictorum secundum quod habet in aliis hominibus antedictis, sicut superius est expressum. Item de molendinis sitis in calceiata predicta, quorum alterum est domini et alterum prioratus, sic extitit ordinatum quod molendinum prioratus eidem prioratui et molendinum domini eidem domino in perpetuum remanebunt in statu inferius declarato, videlicet quod, quamdiu

erit bladum in molendino domini et blado molendinum caruerit prioratus, de molendino dicti domini bladum deportabitur ad molendinum prioratus, excepto blado ingrenato et unico saco bladi, et vice versa fiet de blado existente in molendino prioratus si blado caruerit molendinum domini supradicti, nec dictus dominus nec ejus successores inhibebunt nec facient inhiberi suis hominibus quin molere veniant atque molant ad molendinum prioratus predicti, et si inhiberent vel inhiberi facerent, dampna que ob hoc sustinerent prior et prioratus predicti, eisdem priori et prioratui dictus dominus et ejus successores tenerentur reddere, resarcire ac etiam restaurare integre. Rursus dominus de Bercorio aut ejus heredes sive successores in loco qui dicitur Vetus Mota vel circa in terra prioratus predicti garennam defensum non poterunt de cetero facere nec habere: Vigeria autem, quantum vigeria sonat secundum consuetudinem Thoarcensem, remanet in perpetuum priori et prioratui antedictis in terra et hominibus abbatis de Flazeis, et alta justicia, quantum sonat secundum consuetudinem Thoarcensem, remanet domino Bercorii, heredibus, successoribusque suis. Quia vero inter partes in dubium vertebatur quantum et quid sonaret vigeria et quid et quantum alta justicia secundum consuetudinem Thoarcensem, concordatum fuit inter abbatem et dominum sepedictos, quod per magistrum Guillelmum de la Cossaie et Stephanum Ragoti, clericos, super hiis rei veritas inquiratur; item quod per eosdem inquiratur quid et qualiter de arbergamentis frotis de burgo Sancti Cypriani predicto actenus extitit actum, usitatum ac etiam observatum. Inquisitione vero facta per clericos antedictos super vigeria et alta justicia et arbergamentis frotis, ut dictum est, voluerunt, consenserunt ac etiam concesserunt abbas et dominus antedicti tenere fideliter et firmiter observare quicquid super predictis vigeria, alta justicia et arbergamentis frotis dixerint, statuerint aut ordinaverint, si concordes extiterint clerici antedicti, et si discordes fuerint quicquid per alterum eorumdem clericorum una cum venerabili viro magistro Gaufrido, archidiacono Briocensi, vel abbate Auree Vallis, mediatoribus, super predictis vigeria, alta justicia et arbergamentis frotis infra instantem Assumptionem Beate Marie dictum fuerit, statutum vel etiam ordinatum. Ea vero sola que pro domino Bercorii et successoribus suis specificata sunt superius et expressa habebunt dominus Bercorii ac heredes et successores sui in terra et hominibus abbatis predicti de Flazeis, nec in eadem terra vel hominibus predictis ultra illa aliquid poterunt exigere, requirere vel habere. Universa

autem et singula supradicta promiserunt predictus dominus de Bercorio et Theobaldus, primogenitus filius ipsius, pro se successoribusque suis, fide data et sub obligatione omnium bonorum suorum, et abbas predictus similiter fide data et sub obligatione omnium bonorum suorum, pro se et suis successoribus, tenere firmiter et fideliter observare et non facere vel venire contra predicta vel aliquid, predictorum per se vel per alium sive per alios in futurum. In cujus rei testimonium, ad requisitionem dictorum domini et abbatis, presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Et nos abbas et conventus Sancti Cypriani Pictavensis, et ego dominus Bercorii antedictus, sigilla nostra una cum sigillo viri discreti domini Theobaldi de Noviaco, tunc temporis senescalli domini comitis Pictavensis, presentibus litteris apposuimus ad robur perpetue firmitatis. Actum die veneris post Resurrectionem Domini, anno Domini millesimo ducentessimo quinquagesimo octavo. — *(Orig. parch., primitivement scellé de quatre sceaux perdus.)*

ABBAYE DE SAINT-MAIXENT

Article 25.

(1 pièce.)

1243/1244, mars. — Vente faite a l'abbé de Saint-Maixent, par Isorez Daitre, Guillaume et Jehan Isore, ses fils, et Aye, femme dudit Jehan, d'un hébergement, d'un pressoir et de trois pièces de vignes, situés a la Jarne. — Ge, Isorez Daitre, fois assaver à toz ceaus qui ceste présente chartre veiront & oiront, que, ge, ob l'otrei & ob la volunté de Willelme Ysore, clerc, & de Johan Isore, mes filz, & de Aye, femme audit J. Ysore, mun fil, la quaus Aye fut fille fahu Isembert Berenger, chevaler, ai vendu à sire père abbé de Seint Maissent, un harbergement & lo troil qui i est, & treis pèces de vignes que ge aveie en Agerne, li quaus habergemenz est en Agerne joste le grant chemin par ont l'om vait d'Agerne à Seint Johan Dangele, entre l'arbergement Aimeri Joffrei & l'arbergement Arnaut de Fessac; & dau dites vignes est une pèce à la Croiz d'Agerne, dont est une partie on fé fahu Savari de Mauleon & l'autre partie on fé Willelme de Fessac, la quaus pèce est près d'Agerne, & duret le lonc des lo grant chemin dessus

4. — 1257, décembre. — CHARTE PAR LAQUELLE HUBERT DE VILLIERS RECONNAÎT ET RATIFIE LE DON DE DEUX SOUS DE RENTE FAIT AUX RELIGIEUX DE CHAMPAGNE PAR FOULQUES ET JEAN, SES FILS. — Universis presentes litteras inspecturis, decanus de Silliaco, salutem in Domino. Noverint universi quod, in nostra presentia constitutus, Hubertus de Villers recognovit in jure quod defuncti Fulco et Johannes, quondam filii sui, in puram et perpetuam elemosimam donaverunt et legaverunt religiosis viris abbati et conventui monasterii Beate Marie de Campania, et ad anniversarium dictorum filiorum in dicto monasterio faciendum de cetero annuatim duos solidos cenomanensium annui et perpetui redditus, habendos et percipiendos dictis religiosis aut eorum procuratori, super portione dicti Huberti de molendino de Saingant, quam predictam donationem et quod predictum legatum dictus Hubertus coram nobis in jure ratificat et concedit irrevocabiliter, promittens in jure coram nobis se et heredes suos reddituros dictum redditum procuratori dictorum religiosorum ad octabas Sancti Remigii de cetero annuatim, volens et precipiens et concedens in jure coram nobis quod si idem Hubertus aut heredes sui defecerint de reddendo dictum redditum ad dictum terminum, dictus procurator capiat in dicta portione et teneat ad valorem redditus antedicti... Et nos, ad ipsius Huberti petitionem, adjudicamus in scriptis sententialiter hec teneri, presentes litteras sigillo curie nostre sigillantes in testimonio veritatis. Actum anno Domini M° CC° quinquagesimo septimo, mense decembri. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

5. — 1258/1259, janvier. — CHARTE PAR LAQUELLE GEOFFROY, SEIGNEUR DE COULECTRES, CHEVALIER, POUR S'ACQUITTER ENVERS LES RELIGIEUX DE CHAMPAGNE DE DOUZE DENIERS DE RENTE QU'IL LEUR DEVAIT POUR L'ANNIVERSAIRE DE JOURDAIN DE COULECTRES, SON ONCLE, LEUR FAIT REMISE DE HUIT DENIERS DE CENS SUR UNE VIGNE ET UN JARDIN A EUX APPARTENANT SITUÉS EN SON FIEF A SILLÉ-LE-GUILLAUME. — Universis presentes litteras inspecturis, Gaufridus, dominus de Collectris, miles, salutem in Domino. Noveritis quod, cum tenerer assignare abbati et conventui Beate Marie de Campania duodecim denarios cenomanenses annui et perpetui redditus, pro anniversario defuncti Jordani de Collectris, militis, avunculi mei, ego, pro dictis duodecim denariis cenomanensibus, remisi et quitavi in perpetuum dictis abbati et conventui octo denarios cenomanenses censuales cum pertinenciis suis, quos michi reddere consueverant annuatim pro quadam vinea et quodam ortulo continguo dicte vinee, sitis in feodo meo apud Silliacum Guillermi, que fuerunt defuncti Gaufridi Escurol, et quicquid juris et dominii habebam vel habere et habere possem, tam ego quam heredes mei in rebus supradictis, prefatis abbati et conventui et successoribus eorum remisi penitus in perpetuum et quitavi. In cujus rei testimonium, presentes litteras dedi dictis abbati et conventui sigillo meo sigillatas. Datum anno Domini M° CC° quinquagesimo octavo, mense januario. — *Au verso, de la même écriture :* De vinea Escurol. — (*Orig. parch., sceau perdu.*)

6. — 1263. — VENTE FAITE PAR JULIENNE, DAME DE TÉRIGNÉ, A GUILLAUME « PIPERARIUS » ET SA FEMME, DES MÉTAIRIES DES LOGES ET DE LA GALLARDÈRE. — Universis presentes litteras inspecturis, decanus de Siliaco, salutem in Domino. Noverint universi quod, in nostra presentia constituta, Juliana, domina de Terigneio, vidua, recognovit in jure se vendidisse et concessisse perpetuo medietariam suam de Logiis, sitam in feodo Huberti de Villers, militis, et Roberti de Villers, Guillermo Piperario et ejus uxori et eorum heredibus, tenendam feodaliter et hereditarie, pro quinque solidis turonensium de servicio, et habendam titulo legitime emptionis, in qua vendicione Johannes Ogier, quondam gener ejusdem Juliane, se consensit et quitavit omnino et dimisit perpetuo dicto Guillelmo et suis heredibus omne jus quod ipse et ejus heredes, quocumque titulo, habebant et habere poterant in medietaria supradicta, et fide prestita se astrinxit dictus Johannes quod, in dicta me-

dietaria, nichil de cetero, nec ipse, nec ejus heredes reclamabunt. Et facta fuit ista vendicio pro viginti et octo libris turonensium... Item recognovit eadem Juliana coram nobis in jure quod ipsa dicto Guillermo vendidit medietariam suam de la Gallardère, sitam in feodo Huberti Ribole, militis, tenendam et habendam feodaliter et hereditarie de dicto milite, pro duodecim denarios cenomanenses de servicio. Et facta fuit ista vendicio pro viginti et septem libris turonensium... Actum anno Domini M° CC° sexagesimo tertio. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

7. — 1287, 14 mai. — BAIL A VIE PAR LES RELIGIEUX DE CHAMPAGNE, A MATHIEU BERTE ET A SON UNIQUE HÉRITIER, D'UN QUARTIER DE VIGNE ET D'UN JOURNAL DE TERRE, SITUÉS EN LA PAROISSE DE SAINT-ÉTIENNE DE SILLÉ, AU LIEU DE REPENNEL. — Universis presentes litteras inspecturis, decanus de Silliaco, salutem in Domino. Notum facimus quod, in jure coram nobis constitutus, Matheus dictus Berte, parrochianus Sancti Remigii, confessus fuit quod religiosi viri abbas et conventus de Campania, Cisterciensis ordinis, tradiderunt et concesserunt eidem et unico heredi suo successive, in perpetuam emphiteosim, quoddam quarterium vinee vel circa, cum pertinentiis, situm apud locum qui dicitur Repennel, in feudo dicti Boon, in parrochia Sancti Stephani, contiguum vinee Aaloti Fromont, et unam peciam terre cum pertinentiis, continentem circa dimidium jugerum terre, sitam in feudo et parochia supradictis, contiguam vinee supradicte, ut dicebant, habenda, tenenda et possidenda a dicto Matheo et unico herede suo successive, videlicet dictam vineam ad medietatem, et dictam terram ad sex denarios cenomanenses annui et perpetui redditus, quem redditum dictus Matheus graat et promitit se reddituram dictis religiosis aut eorum mandato, ad festum Nativitatis Domini annuatim; et tenetur idem Matheus facere et excolere dictam vineam de omnibus factionibus et culturis, suis sumptibus propriis, annuatim, et reddere servicia et redibencia inde debita domino feudali annuatim absque alia redibicione facienda pro premissis... Et ad hec omnia tenenda et observanda obligavit dictus Matheus se et heredes suos et omnia bona sua, mobilia et immobilia, presencia et futura, et specialiter terram suam de Virgulto et ortos ibidem sitos et domum suam de Virgulto, cum omnibus pertinentiis premissorum, que omnia sita sunt in feudo domini de Corlretris, in parrochia Sancti Remigii, ut dicebat; de quibus tenendis et de non veniendo contra

astrinctus est idem Matheus, fide prestita corporali. Et nos dictum Matheum comdepnamus ad hec tenenda in hiis scriptis. Datum die mercurii in vigilia Ascensionis Domini, anno ejusdem M° CC° LXXX^{mo} septimo. — *Au verso de même écriture :* Tradicio Matheo Berte de Rupennel. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

8. — 1296, 17 mai. — Transaction par laquelle Mathieu d'Espaigne cède aux religieux de Champagne l'entière jouissance et la féodalité de vignes a la Bazoge. — Universis presentes litteras inspecturis, officialis Cenomanensis, salutem in Domino. Noveritis quod, cum inter religiosos viros abbatem et conventum Beate Marie de Campania et eorum procuratorem, nomine procuratio eorumdem, ex una parte, et Matheum de Yspania, armigerum, de parrochia Sancti Medardi de Baladone, ex altera, contencio verteretur super hec videlicet quod, cum dicti religiosi, per se, vel per alium seu alios, essent in possessione quarumdam rerum immobilium, videlicet quarumdem vinearum sitarum in parrochia de Basogeia et fructuum pendentium in eisdem, videlicet novem summarum vini, de quibus dictus Matheus vel alius ejus nomine ipso hec rerum habente dictos religiosos spoliaverat et spoliatos detinebat, asserens dictas res teneri ab eodem tanquam a domino feodali, ut dicebat, dictis religiosis et eorum procuratore, nomine procuratorio eorumdem, hec negantibus et proponentibus se fuisse in possessione dictarum rerum et percipiendi fructus earumdem per tantum temporis spatium a quo non extat memoria, asserentibus dictas res teneri ab eisdem sine alio domino : tandem dictus procurator, nomine procuratorio dictorum religiosorum, ex una parte, et dictus Matheus, ex altera, in nostra presentia constituti, recognoverunt quod ipsi, videlicet dictus procurator, nomine quo supra, et dictus Matheus, pro se, super dictis contentionibus premissorum compromiserunt et compromitunt in Johannem dictum Le Bogre, clericum, tanquam in arbitrum, arbitratorem seu amicabilem compromissorem, sub pena centum librarum turonensium solvenda parti dictum et ordinationem dicti arbitri observanti et observare volenti a parte resiliante a dicto arbitrio et in eo non parente vel per quam staret quominus in dicto arbitrio procederetur, qui arbiter, in jure coram nobis constitutus, dictis procuratore et Matheo presentibus, inquisita super premissis cum diligentia veritate, dictum suum et ordinationem suam super premissis protulit in hunc modum, videlicet quod ipse dictos religiosos ab omni juriditione, obedientia, dominio

dictarum rerum eidem Matheo aut ejus heredibus de cetero im perpetuum facienda per dictum suum et sententiam suam arbitralem penitus absolvit, ita videlicet quod dictus procurator, nomine quo supra, quitavit eidem Matheo dictas novem summas vini et dedit eidem Matheo decem solidos cenomanensium, de quibus dictus Matheus in jure coram nobis se tenet penitus pro pagato... Et nos predicta, ad preces dictorum arbitri, procuratoris et Mathei, adjudicamus tenenda... Datum die jovis post festum Penthecostes anno Domini M° CC° nonagesimo sexto. G. Trevis (?) transcripsit. — *Au verso, de même écriture :* De Matheo de Yspania de feodo de Veyssins. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

9. — 1301, 11 décembre. — BAIL FAIT PAR LES RELIGIEUX DE CHAMPAGNE A ROBERT, DIT DUREL, DE QUATRE QUARTIERS DE VIGNE, SITUÉS EN LEUR FIEF, EN LA PAROISSE DE LA BAZOGE. — Universis presentes litteras inspecturis, officialis Cenomanensis, salutem in Domino. Noveritis quod, in jure coram nobis personaliter constitutus, Robertus dictus Durel, de parrochia de Basogia, recognovit quod religiosi viri abbas et conventus monasterii Beate Marie de Campania eidem et ejus heredibus tradiderant, et quod ipse acceperat ab eisdem religiosis, sibi et suis heredibus, in perpetuam amphiteosim, quasdam vineas ipsorum religiosorum, continentes circa quatuor quarteria, sitas in parrochia de Basogia predicta, in feodo ipsorum religiosorum, et in elemosina pura ipsorum religiosorum et libera, ut dicebat, et quas vineas ipsi religiosi habuerant a reverendis patribus ipsorum abbate et conventu de Savigniaco, ut dicebat, apud Vezins, quas vineas solebant tenere Juliotus Albenci et Johannes, ejus frater, et Guillelmus Le Prouz de dictis religiosis, ad certum redditum annui, ut dicebat, tenendas et explectendas, et jure hereditario possidendas ab ipso Roberto et ejus heredibus dictas vineas cum earum pertinentiis, et ad faciendum de eis suam plenariam voluntatem. Et facta est presens tradicio et acceptacio pro sex solidis turonensium annui et perpetui census, quem censum dictus Robertus promitit et tenetur se soluturum, tradditurum dictis religiosis et eorum successoribus annuatim in festo Nativitatis Beate Marie Virginis ad manorium ipsorum religiosorum de Brocis; promitit insuper dictus Robertus excolere seu excoli facere dictas vineas de cetero bene et competenter, et eas tenere in bono statu et competenti, et super hec ipsos religiosos indempnes observare... Et nos hec omnia, ad ipsius Roberti peticionem, adju-

dicamus tenenda. Datum die lune post festum Sancti Nicholai hyemalis, anno Domini millesimo trecentesimo primo. M. Hache. Verum est. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

10. — 1319, 20 décembre. — Échange fait entre les religieux de Champagne et Gervais Pelou, écuyer, de la paroisse de Tennie. — Saichent touz présenz et avenir que en notre *(sic)* en droit establiz, Gervèse Pelou, escuier, de la parroisse de Tennie, d'une partie, et frère Richer de Caron, procureur de religieux hommes l'abbé et le couvent de l'abaye de Champaigne, de l'ordre de Cisteaux, si comme il appert par lettres saellées dou sael desdiz religioux, de l'autre partie, requeneurent eux avoir fet et font oncquores ensemble entre eulx eschange et permutation d'aucunes de lour chouses inmoibles en la menière qui s'en sieult, c'est assavoir que ledit frère Richer, tant comme procuratour desdits religioux et en lour non, baille et octroye audit Gervèse, en non et par reson d'eschange, une pièce de pré contenant journée à doux fauchours, sis entre les prez audit Gervèse, d'une partie et d'autre, et achevé au chemin par lequel l'en vient de Nevy à Tennie, ou fié ausdits religioux, si comme ledit procureur disoit,... e cesse et délesse ledit frère Richer, tant comme procureur desdits religioux, audit Gervèse et à ses hers et à ceux qui auront cause de luy, tous les dreiz et toutes les aucions réaulz et personneles que lesdiz religioux avoient et povoient avoir en ladite pièce de pré, sans riens y retenir à eux, ne à lour successours; e laquelle pièce de pré ledit frère Richer, ou non dessusdit, promet et est tenu garantir, délivrer et deffendre, audit Gervèse et à ses hers et à ceux qui auroient cause de luy, de tous empeschemenz et de toutes obligacions envers touz et contre touz, second droit, en fesant doudit Gervèse et de ses heirs audiz religioux et à lour successours, à lour maison à Asnières quatre deniers tournois courant de cens à la Toussainz chescun an, sanz riens plus fere et sans nulle autre redevance fors obéissance comme à seigneurs de fié tant seullement. E ledit Gervèse baille et octraie audiz religioux, envers et par reson doudit eschange, un pré apellé le pré Cresnon, contenant environ journée à troys faucheours, sis jouste les biez dou moulin Mayen, de un cousté, et aboute au chemin par lequel l'en vet de Nevi à Tennie, ou fié au seignour de Nouray, si comme ledit Gervèse disoit,... e lequel pré dessusdit ledit Gervèse promet et est tenu garantir, délivrer et défendre audiz religioux et à lour successours et à ceux qui auront cause de eux, de

touz empeschemens et de toutes obligacions envers touz et contre touz, second droit, en fesant desdits religioux et de lour successours au seignour dou fié quatre deniers tournois de cens chescun an, sanz riens plus fere et sanz nulle autre redevance. Et est tenu et promet ledit Gervèse fere et procurer envers le seignour de Chaources et ledit sire de Noeray, que eux voudront et se assentiront par lettres saellées de lour seaux, que lesdiz religioux et lour successours et ceux qui auront cause de eux puissent tenir celuy pré, doudit seignour de Noeray et de ses hers, à quatre deniers tournois de cens dessusdiz, sanz riens plus faire et sanz autre redevance, fors obéissance comme à seignour de fié tant soullement, et sanz ce que lesdiz seignours de Chaources et de Noeray puissent contraindre ne pourforciez lesdits religioux ne lour successours ne ceux qui airont cause de eux de mectre hors de lour main le pré dessusdit. E est tenu ledit Gervese et promect apportez et bailler ausdiz religioux lesdites lettres saellées des seaux des seignours de Chaources et de Noeray, et garder lesdiz religioux et lour successours sus ce, sanz dommaiges en temps avenir. Et par cest fet ledit Gervèse sera tenu et promet fere aler l'eve qui vet au moulin Mayen par son domaine dès le gué de la Peulvyère joucques au bout du pastiz audiz religioux de Asnières, joignant au chemin par lequel l'en vet de Verniette au moulin Pouvel, et tenir et maintenir les biez d'icelle eve juques à celuy leu en bon estat et souffisant des ores en avant, aux propres couz et despens doudit Gervaise et de ses hers. Et lesdits religioux seront tenuz dès le leu dessus devisé fere aller ladite eve par lour doumaine et y fere les biez à lour despens, pour aller ladite eve juques au gué d'Asnières et de celuy gué la fere retourner pour choir ou bié ancien au dessus de la planche dou gué de Asnières, et tenir et maintenir les biez de l'eve contenant lour doumaine en bon estat et souffisant des ores en avant à lour propres couz et despens. E est assavoir que lesdits religioux et ceux qui auront cause de eux pouront fere aller prendre et arrestez ladite eve par un leu ou par plusours de leur doumaine dessusdit par chescun sebmadi d'entre Nouel et la Saint Jehan Bauptiste dès le soulail couchant jouquez au dimanche soulail rescousant, par chescun an desores en avant, sanz ce toutevoirs que ladite eve puisse passer le chemin que elle ne retourge au blé ancien, et par cinq jours de semadi, jucques au dimenche solail recousant, entre la Saint Jehan Baptiste et Nouel, au choirs desdits religioux, en tele menière toutevois que lesdits religioux seront tenuz à restouper et faire restouper les per-

tuis par où l'eve sera lessié aller audiz jour de semadi et de dimanche à lour propres coutz et despens. E est onquores convenant et accordé entre ledit procureur et lesdits Gervèse en cest fet par devant nous en droit que lesdits religioux et lour successours pouront lessier aller ladicte eve par troys jours prouchains après le jour de Penthecote, de Nouel et de Pasques par lour doumaine chescun an desores en avant en la menière que il ont aquoustumé [. . . . .] avoir anciennement et ou leu accoustumé, sanz contredit et sanz empeschement doudit Gervèse ne de ses heirs, et pour ce fère lesdiz religioux ont donné audit Gervèse cent et noeif soulz de tournois, des quiex deniers ledit Gervèse se tient pour bien payé en droit par devant nous en deniers nombrez... Et nous, à lour requeste, toutes lesdites chouses et checunes d'icelles ajujon sententiausement à tenir et à entérigner, et les avon confermées dou seel de notre court dou Mans en tesmoing de vérité. Ce fut donné ou jour de juedi d'après la Saint Gervaise d'yver en l'an de graice mil troys cens et deiz et neuf. Ainsi seigné : Moison; et sellé en queue double de cire vert.

Collation faicte à l'original et déclaré valloir comme icelluy, ledit original apporté par Robert Boutier, recepveur et procureur des religieux, abbé et couvent de Notre-Dame de Champaigne, au moyen du commandement par nous à luy fait ce jourd'huy de ce faire pour la partie de René Morin, seigneur de la Masserie et du moulin Moyen, demandeur et requérant l'entérignement de lettres royaulx en forme de complainte, à l'encontre et en la présence de Symon Maulny, seigneur de la Panlouère, deffendeur et oppousant, pardevant nous Pierre de Courthardi, licencié ès droictz, juge royal et ordinaire du Maine, commissaire en ceste partie. Le mercredi XXVI[e] jour de juign l'an mil V[c] vingt et deux. Baussen. — *(Copie pap.)*

11. — 1321/1322, 23 mars. — ACQUÊT FAIT PAR LES RELIGIEUX DE CHAMPAGNE, DE JEAN COISNON DE LA LEYÈRE, DE DIX SOUS DE DEVOIRS ET DE TOUTE LA SEIGNEURIE SUR CERTAINES TERRES QU'ILS AVAIENT EUES DE HABERT QUARTIER, DE GUILLAUME COISNON ET DES HÉRITIERS DE THOMAS LE ROUTIER. — Sachent touz présenz & avenir que, comme religioux hommes l'abé & le couvent de l'abaie de Notre Demne de Champeingne deussent e fussent tenuz feire, rendre & paier, touz les anz à la Touz Seinz, à Jehan Coesnon de la Leyère, unze deniers mansais en monnoie courante de frang deveir requérable, sans fey & sanz homage, sanz amende & sanz autre


servitude, quelconque elle sait, sus un estre que les diz religioux ont ou fé audit Jehan, qui fut jadis feu Habert Quartier, e sus trois journaux de terre, qui sont sis auprès doudit estre, lesquiex trois journaux de terre lesdiz religioux aveint japieçà aquis de feu Guillaume Coesnon, jadis peirè au dit Jehan, & sus un journal de terre sis auprès desdiz trois journaux de terre, assis oudit fé, lequel journaux les diz religioux aquistrent japieçà des hairs feu Thomas Le Routier,... ledit Jehan, confessant ceis chouses estre vraies, requenoest que pour treize soulz de mansais que il a euz & receuz e s'en tient à bien paié, pardevant nous il a vendu & otraié audiz religioux dez mansais dou dit frang deveir requérable,... o tout le dreit e o toute l'accion, la seingnourie, la propriété, la possession & la sesine, le destreit & la justice & l'émolument que il aveit e poveit aveir ou dit deveir vendu... E veult & octraie ledit Jehan que lesdiz religioux e lour successours tiengent de lui & de ses hairs toutes les dictes chouses & checunne d'icelles si comme el se pourssient à un denier mansais de frang deveir requérable, sanz fey, sanz amende, sanz saingnourie dorenavant i demander... E nous, à sa requeste, tout celi ajugon à tenir par le jugement de notre court de Sillé. Donné le mardi avant la marcesche, l'an de graice mil CCC vint et un. J. Beloncle. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

12. — 1343, 23 avril. — JUGEMENT QUI DÉCIDE QUE LE CHAPITRE DE SILLÉ NE POURRA DEMANDER DES RELIGIEUX DE CHAMPAGNE QUE LA VINGTIÈME GERBE POUR LA DIME DE LEUR LIEU DE L'ÉCU. — In nomine Domini. Amen. Per hoc presens publicum instrumentum manifeste pateat universis quod anno Domini M° CCC^{mo} quadragesimo tercio, videlicet die mercurii post Dominicam qua cantatur *Quasimodo,* in mei publici notarii et testium subscriptorum presentia, noticiam devenit quod, cum contentio moveretur seu moveri spereretur coram venerabili et discreto viro magistro Raymundo de Cannis, cantore ecclesie Sancti Martini Turonensis, commissario in hac parte dato, juxta formam et tenorem cujusdam commissionis dicto cantori directe per reverendum in Xristo patrem ac dominum domnum P., archiepiscopum Turonensem, conservatorem seu judicialem executorem nonullorum privilegiorum a Sede Apostolica concessorum religiosis viris abbati et conventui monasterii Beate Marie de Campania, ordinis Cisterciensis, et eorum monasterio, prout in ipsis litteris apostolicis plenius continetur, inter dictos religiosos, ex una parte, et capicerium

et capitulum ecclesie Beate Marie de Silliaco Guillelmi, Cenomanensis dyocesis, ex altera, super eo videlicet quod ipsi capicerius et capitulum dicebant et asserebant quod ipsi consueverant percipere et habere decimam fructuum qui creverant et crescere poterant in prediis ipsorum religiosorum, nuncupatum vulgariter de Clivo seu de l'Escu gallice, sitam prope viam per quam itur a villa de Silliaco apud Cenomanum, ex una parte, et de alia prope viam per quam itur apud Vernietam, usque ad propinquam semitam per quam itur de Novilla Alesie apud grangiam dictorum religiosorum de Clivo, videlicet decimam gelimam fructuum qui ibidem creverunt temporibus retroactis; ipsis religiosis contradicentibus et dicentibus ex adverso quod solitum erat solummodo solvi pro decima pro et de fructibus jamdictis vicesimam gelimam, hiis seu ei quibus seu cui dicta decima fuerat hactenus persoluta : noverint universi quod tandem, in mei jamdicti publici notarii presentia constitutus, Thomas Maugier, capicerius procuratorque ecclesie et capituli memorati, prout michi manifeste apparuit per litteras eorumdem sigillatas, presentibus ad hoc quampluribus de dictis canonicis, dicens et asserens se fore sufficienter informatum quod dicte terre seu predia decimari consueverunt ab antiquo, fuisseque pro temporibus retroactis observatum ad vicesimam gelimam pro decima absque alia decimatione, que exinde solveretur seu redderetur; voluit, tam nomine suo quam procuratorio jam dicto, dicta decimatione contentari in futurum... solvit viginti solidi monete currentis pro turonensi domino Girardo de Escayot, procuratori dictorum religiosorum... Et hiis peractis, cesserunt dicti religiosi liti quem moverant Turoni contra dictos capicerium et capitulum... Acta fuerunt hec hora tercia, in quodam loco qui dicitur Logia Escamandi vel satis prope de eadem, indictione undecima, pontificatus sanctissimi patris ac domini domni Clementis, pape sexti, anno primo, presentibus viris venerabilibus et discretis magistris : Haberto Nepotis, officialis Cenomanensis pro tempore; Johanne de Forgis, jurisperito; Guerinus de Curia Cesaris, canonico Cenomanensi; religiosis viris : Stephano, priore de Thania; Philippo de Roez, dicte ecclesie rectore; Gaufrido Danielis, Ricardo Tyret, presbyteris, et Bartholomeo de Mara, serviente domini ducis Normannie, et pluribus aliis testibus ac hec specialiter vocatis et rogatis.

Et ego, Petrus Sutorius, clericus Baiocensis diocesis oriundus, ac Cenomanensis curie juratus notarius, premissis omnibus et singulis, prout superius est divisum, una cum dictis testibus,

presens interfui et ea scribi feci, signoque meo solito signavi, rogatus ac eciam requisitus in testimonium premissorum... — *(Orig. parch.)*


Monogramme du notaire

13. — 1347, 16 avril. — CHARTE PAR LAQUELLE FOUQUET SUHARD, ÉCUYER, PAROISSIEN DE TENNIE, VEND AUX RELIGIEUX DE CHAMPAGNE SIX SOUS MANSAIS DE CENS, QU'ILS DEVAIENT LUI PAYER CHAQUE ANNÉE SUR CERTAINES CHOSES TENUES DE LUI A CE SENS. — Sachent touz présens & avenir que en notre présence establi personelment en droit par devant nous Fouquet Suhard, escuyer, de la parroisse de Thanie, requenoist que, comme feu Guillaume Suhart, jadis père doudit Fouquet, eust donné & lessié en sa derrayne volenté à hommes religieux l'abbé & le couvent de Notre Dame de Champaigne saixante soulz de tornois à une fays paier, pour aquirre seys soulz de tornois de rente pour son anniversaire estre fet en l'abbaye des diz religieux & pour estre participant ès proières des diz religieux; après tout yce est assavoir que, en notre présence persolnement en droit establi par devant nous, ledit Fouquet, fils & her doudit feu Guillaume, jadis son père, requenoist de sa bonne volenté sanz nul pourforcement que, pour les saixante souz devant diz & pour autrez saixante & dez soulz de tornois à luy payés entiergnement & dont il se tint à bien paié pardevant nous, il a baillié & quitté & livré, & enquore il baille & livre & quitte & cesse & délesse audiz hommes religieux seys soulz de tournois ou de monnaie courante de annuel & perpétuel cenz que les diz religieux ly estoient tenuz

fere par raison de toutes les chauses que les diz religieux tenoient & poursoaient doudit Fouquet par avant le dapte de cete présente lettre... sanz ce que il y puisse james rien demander... fours tant soulement deus deniers petiz de franc devoir requérable... à la Sainte Croix de septembre, annuelment, sans plus riens fere... E nous, à sa requeste, tout yce ly avon ajugé & condapné à tenir par le jugement de notre court de Sillé. Ce fut donné le lundi emprès *Misericordia Domini*, l'an de grayce mil trays cens quarante & sept. J. Reyné. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

14. — 1555/1556, 4 février. — Vente d'un quart indivis d'une hommée de pré, sise parroisse de Tennie, près Montaffray, sur la Vaigre, tenue censivement du fief et seigneurie de l'abbaye de Champagne. — *(Exp. parch.)*

ABBAYE DE NOTRE-DAME DE L'ÉPAU

Article 85.

(8 pièces.)

1. — 1232/1233, mars. — VENTE FAITE AUX RELIGIEUX DE L'ÉPAU PAR GUY MALMOUCHE, CHEVALIER, DU CONSENTEMENT DE LUCIE, SA FEMME, DE LA DIME DE SAINT-DENIS-DES-COUDRAIS. — Ego Guido Mala Muscha, miles, notum facio omnibus presentibus et futuris quod ego, de assensu et voluntate Lucie, uxoris mee, vendidi et sub titulo venditionis tradidi, abbati et conventui Pietatis Dei, partem illam quam habebam in decima Sancti Dionisii de Codrai, cum tractu, et loco suo, et platea una que dicitur platea Thecelot, habendam, tenendam et possidendam libere, quite et pacifice, sine omni servitio aut redibitione in perpetuum, pro pretio sexaginta librarum turonensium et pro una marcha argenti, de quibus teneo me pro pagato. Vendidi autem omnia superius memorata dictis abbati et conventui Pietatis Dei totaliter et ex integro, nichil michi nec heredibus meis retinens, nec reservans neque tractum, neque locum, nec paleas, nec talliam, nec costumam, nec aliquid aliud omnino in eisdem; sed hiis omnibus et aliis juribus et consuetudinibus, que vel michi vel heredibus meis possent vel de-

berent conpetere in posterum, mera et spontanea voluntate renunciavi tam pro me quam pro heredibus meis in perpetuum, et de hiis omnibus dictos abbatem et conventum Pietatis Dei corporaliter investivi, et dominos feci; in parte vero illa decime de Codrai quam tenet de me Willelmus de Puisaz nichil habent fratres Pietatis Dei. Sciendum autem quod in platea superius memorata possunt dicti abbas et conventus Pietatis Dei domum facere ad decimam istam colligendam, in qua domo volui et concessi ut habeant stagiarium unum liberum et ab omni servitio meo majori et minori exemptum, ita quod de cetero nec ego nec aliquis heredum meorum a stagiario illo aliquid poterimus accipere, nec exigere, nec costumam, nec talliam, nec multuram, nec vindemiatorem, nec fenatorem, nec aliquam aliam costumam, nec aliquid aliud omnino, excepta magna justitia que quidem ad quatuor tantum se extendit, videlicet : ad hominem maagnatum, et ad hominem occisum, et ad furtum, et ad raptum puellarum, hanc mihi et heredibus meis in eodem stagiario retinui; nec poterit idem stagiarius homines meos nec catalla receptare. Volui autem et concessi quod stagiarius platee memorate possit emere et vendere quicquid ei placuerit et quandocumque voluerit libere et quite et sine mea vel meorum heredum contradictione, nec tenebitur mihi nec heredibus meis aliquid dare vel solvere pro emptione et venditione sua, preter solam costumam consuetam; quam costumam si forte non reddiderit aut reddere noluerit, ego autem et heredes mei pro costuma quasi vadiando aliquid de rebus stagiarii ceperamus, tememur, ego et heredes mei vadia illa quecumque fuerint sine aliqua retentione, fratribus Pietatis Dei restituere sine omni lege et emenda; bona autem et res quascumque que abbatis et conventus Pietatis Dei fuerint, poterit idem stagiarius in eadem platea libere vendere sine servitio aut aliqua costuma. Quod si stagiarius iste mihi vel alicui hominum meorum in aliquo forisfecerit, abbas et conventus Pietatis Dei in platea memorata curiam suam sicut domini habebunt et tenebunt, et in curia illa facient mihi et meis de stagiario suo justiciam, secundum quod jus dictaverit; similiter, si aliquis de hominibus meis stagiario fratrum Pietatis Dei in aliquo forisfecerit, in curia mea in villa Sancti Dionisii eisdem exibebo justiciam; quod si forte ad primum vel secundum terminum non fecero, habent libertatem conveniendi me et heredes meos in curia domini Cenomanensis episcopi, et ego eos. Hec omnia, sicut superius continentur, voluit et laudavit et concessit Lucia, uxor mea, promittens bona fide quod ipsa de cetero in omnibus superius memoratis nec

ratione dotis, nec ratione elemosine, nec aliqua alia ratione, aliquid reclamabit im perpetuum. Et Ego G. Male Musche omnia, sicut superius continentur, volui, laudavi et concessi, et de hiis omnibus obligo me et heredes meos dictis abbati et conventui Pietatis Dei ad garantizandum contra omnes, quantum jus dictabit. Ut igitur omnia ista modo prescipto in perpetuum perseverent, presentes litteras sigilli mei impressione sigillavi. Actum anno Domini M° CC° tricesimo secundo, mense marcio. — *Au verso, de même écriture :* Carta domini Guidonis Malemusche de decima de Sancto Dyonisio, quam ipse vendiderat nobis pro LX libris turonensium et una marca argenti. — (*Orig. parch., sceau perdu.*)

2. — 1250/1251, mars. — ACCORD ENTRE GERVAIS DE PRUILLÉ ET LES MOINES DE L'EPAU, AU SUJET DE LA DIME DE CHANGÉ. — Universis presentes litteras inspecturis, Gervasius, dominus Pruilliaci, miles, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod, cum contencio verteretur inter me, ex una parte, et viros religiosos abbatem et conventum de Pietate Dei, Cisterciensis ordinis, ex altera, super eo quod, cum ego, in minoritate constitutus, sub tutela matris mee existerem, dicti abbas et conventus emissent a Guillelmo de Dusagiis, milite, decimam de Changeio, cum quibusdam estagiariis in cimiterio qui ad dictam decimam pertinebant, quam decimam et quos estagiarios dictus Guillelmus tenebat de bone memorie Gaudino de Pruilleio, patre meo, ad homagium manuale et unum equm de servitio ; matre mea vendicionem factam dictis monachis quantum in ipsa erat gratam habente et ratam, ita quod pro equo de servitio dicti monachi decem solidos turonensium mihi et heredibus meis solverent annuatim ; et ego postea ad etatem legitimam pervenissem et terram meam de dominis feodalibus jam tenerem, dictos monachos traherem in causam, volens quod ipsi dictam decimam in laicali manu ponerent extra manum suam, aut mihi facerent homagium manuale et dictos decem solidos mihi solverent annuatim ; et econtra dicti monachi allegarent quod decima res spiritualis est et pro re spirituali personis Cisterciensibus nulli laico licebat homagium facere : tandem, de bonorum virorum consilio, composuimus in hunc modum, videlicet quod ego quitavi eis penitus et dimisi homagium quod petebam ab ipsis et decem solidos turonensium quos mihi reddebant annuatim, nichil mihi nec heredibus meis juris vel dominii in dicta decima nec in dictis decem solidis retinens, nisi tantum duodecim denarios cenomanenses requisibiles in

abbatia dictorum monachorum in crastino Omnium Sanctorum, nec possum a modo in dicta decima vel grangia ipsorum et platea circumadjacente aliquid capere vel seisire, nec dominium exercere, nisi tantum pro emenda illorum duodecim denariorum, si mihi eos vel heredibus meis non redderent ad terminum supradictum, et tunc emendam possem levare secundum modum patrie generalem. Dicti vero abbas et conventus quitaverunt et penitus dimiserunt mihi et heredibus meis estagiarios et furnum que, occasione dicte decime, in cimiterio possidebant, nichil in eisdem estagiariis et furno, nec jus, nec dominium, nec proprietam penitus retinentes, sed in me et heredes meos omne jus et dominium quod ibi habebant vel habere poterant transferrendo, excepta grangia ipsorum et platea circumadjacente contenta infra metas positas de consensu meo et dictorum monachorum quam in cimiterio possident, que quita et libera ab omni dominio sive servitio vel exactione remanebit. In dicta autem compositione dicti monachi dederunt mihi sex libras turonensium in pecunia numerata. Ego et heredes mei tenemur garantizare et defendere dictis monachis prefatam decimam, quantum jus dictabit, juxta modum patrie generalem. In cujus rei testimonium presentes litteras sigilli mei munimine roboravi. Datum anno Domini M° CC° quinquagesimo, mense marcio. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

8. — 1315, 18 décembre. — QUITTANCE DONNÉE AUX RELIGIEUX DE L'ÉPAU PAR GEOFFROY D'ANTENAISE, CLERC, SEIGNEUR DE POURRIE, DE 16 LIVRES 10 SOUS TOURNOIS, FAISANT PARTIE DE LA SOMME DE 53 LIVRES, PROVENANT DE BOIS VENDUS EN EXÉCUTION DU TESTAMENT DU PRÉCÉDENT SEIGNEUR DE POURRIE. — Universis presentes litteras inspecturis, officialis Cenomanensis, salutem in Domino. Notum facimus quod, in presencia Theobaldi Mouceart, clerici curie nostre, notarii jurati commissariique a nobis ad infra scripta dati et deputati, de quibus nobis legittime constat, constitutus Gaufridus de Altenosia, clericus, dominus de Porrie, confessus est se habuisse et recepisse a religiosis viris abbate et conventu monasterii de Pietate, prope Cenomani, sexdecim libras et decem solidos monete currentis pro turonensi, de quinquagintis tribus libris turonensium deputatis ad exequtionem testamenti seu ultime voluntatis defuncti domini de Porrie, habitis et redactis de nemoribus super terram dicti quondam defuncti, venditis pro exequtione testamenti seu ultime voluntatis ejusdem defuncti facienda. Et venditionem factam de nemoribus

super terram dicti defuncti Gervasio Dessey, Matheo Le Baube et Johanni Le Hugier, sub pactis et modo quibus eisdem facta extitit pro dicta exequtione adimplenda et facienda laudavit, ratificavit et approbavit predictus Gaufridus, et adhuc, in quantum potest et ad eum spectat et spectare potest, venditionem de dictis nemoribus personis predictis factam laudat, ratificat et approbat... Et promisit eciam et promittit predictus Gaufridus se facturus et curaturus erga Aliciam, uxorem suam, filiam quondam dicti defuncti, quod ipsam venditionem de dictis nemoribus factam pro dicta exequtione personis predictis gratam et firmam habebit... In quorum testimonium, litteris presentibus, ad relationem dicti nostri commissarii, cui in premissis et in majoribus fidem indubitanter adhibemus, sigillum Cenomanensis curie duximus apponendum. Datum die jovis ante festum Nativitatis Domini, anno ejusdem millesimo CCC^mo^ quintodecimo. Theobaldus. Verum est. Notus est. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

4. — 1517, 25 juillet. — Acte de réversion du lieu des Fléchets, sis en la paroisse de la Guierche, aux religieux de l'Épau, par le décès d'Olivier Le Sourt. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

5. — 1680, 18 juin. — Déclaration de Pierre Cormier, tonnelier, demeurant paroisse de Changé, aux religieux de l'Épau, seigneurs du fief et seigneurie de Lomont et Changé, à cause de leurdit fief de Changé, pour une demi-hommée de pré au clos des Ravallières, tenue dudit fief de Changé sous le devoir d'un denier de cens payable à la Toussaint. — *(Orig. pap.)*

6. — 1754, 22 août. — Déclaration auxdits religieux, à cause de leur fief de Changé, par Pierre Chapin, prêtre, demeurant paroisse de Parigné-l'Évêque, pour une portion de terre au clos des Ravallières, paroisse de Changé, et pour une demi-hommée de terre labourable au même clos. Pour ces choses, sur lesquels son titre clérical est affecté, il déclare devoir auxdits religieux, au jour de Toussaint, un denier de cens. — *(Orig. pap.)*

7. — 1766, 23 août. — Déclaration pour les mêmes terres par Jeanne Chapin, fille majeure, demeurant paroisse de Parigné-l'Évêque, héritière du sieur Pierre Chapin, son frère utérin. — *(Copie pap.)*

8. — 1784, 18 octobre. — Lettre adressée à « monsieur Dumur, féodiste, demeurant au Mans, paroisse de Saint-Benoît », l'invitant à comparaître aux assises des fiefs de l'abbaye de l'Épau, qui se tiendront le 15 novembre en la maison prieurale, pour y déclarer une maison qu'il possède au fief de Lomont, rue de la Tannerie au Mans. Signé : Faribault. — *(Pièce pap. imprimée.)*

ABBAYE DE NOTRE-DAME DE PERSEIGNE

Article 36.

(1 pièce.)

1171-1191. — Charte de Jean I, comte d'Alençon, donnée le quatrième jour des nones d'avril, en la douzième lune, au couvent de Sainte-Marie de Perseigne, par laquelle il confirme les religieux de cette abbaye dans les possessions que leur avaient octroyées Guillaume, son père, ses parents, et des personnes étrangères à sa famille; il ajoute à ces biens le droit de posséder une garenne dans la forêt, avec autorisation d'y chasser nuit et jour. — Imprimé, *Cartulaire de l'abbaye de Perseigne,* par M. G. Fleury, n° V, p. 13. — *(Copie*[1] *du* XVII[e] *siècle, parch., sans sceau.)*

ABBAYE DE NOTRE-DAME DE CITEAUX

Article 37.

(1 pièce.)

1240, décembre. — DON FAIT AUX RELIGIEUX DE CITEAUX, PAR ANDRÉ GRAS, DE PAIN, DE TROIS JOURNAUX DE TERRE SITUÉS AU TERRITOIRE D'OUGES. — Ego Marcellus, decanus Oscariensis, notum facio universis presentes litteras inspecturis quod Andreas Gras, de Pain, in mea presentia constitutus, con-

1. Cette copie très incorrecte est remplie de fautes de lecture.

sentientibus et laudantibus uxore sua Avelina, vulgo vocata Figlon, et filiis ipsius Andree, Nycholao, Andrea et Perrenetto, pro remedio anime sue, cessit, dedit et contulit Deo et Beate Virgini Marie et monasterio Cistercii, in puram et perpetuam elemosinam, tria jornalia terre, sita in territorio de Ulgiis, unum quorum situm est in Prelever, juxta terram Martini, hominis et familiaris Cistercii; aliud jornale in semita de Nuglei, juxta terram Mileti et juxta terram filiorum Damni Maignon; aliud vero jornale es Albues, ubi itur versus Demeis, juxta terram Cistercii et juxta terram ecclesie de Ulgiis. De predictis autem tribus terre jornalibus, nomine pure et perpetue elemosine, fratres et domum Cistercii investivit et dominium et possessionem inde eis tradidit ad faciendam inde omnem eorum voluntatem, et confessus est se, nomine fratrum et domus Cistercii, dicta jornalia terre possidere, quorum quidem, quamdiu vixerit, integre percipiet usumfructum. Ceterim de cetero ipsa tria jornalia nec[...] aliquid eorum non poterit obligare, nec dare, nec vendere nec distrahere, nec modo aliquo alienare; sed post decessum suum ipsa tria terre jornalia ad domum Cistercii, tanquam ipsius domus propria, quitte et libere revertentur, et fratres Cistercii tanquam sua propria ipsa libere et auctoritate propria, ita quod nulla contradictio eis possit obesse, accipient et inde in perpetuum et omni tempore facient voluntatem suam, et nichilominus persolvet misiam suam. Fratres vero Cistercii, attendentes donationem suam, concesserunt ei postulanti in cimiterio Cistercii sepulturam suam et participationem et consortium omnium bonorum spiritualium que fiunt et de cetero fient in domo Cistercii. Predicti autem omnes, qui supra nominantur, laudaverunt et omnino quittaverunt Cistercio predictam elemosinam ratam, firmam, illibatam, eam omni tempore se tenturos et numquam contraventuros, fide data, firmiter promittentes. In predictorum autem testimonium, presentem cartam, ad petitionem omnium predictorum, sigilli mei impressione sigillavi et roboravi. Actum anno Domini M° CC° quadragesimo, mense decembri. — *Au verso, de même écriture :* Carta quod Andreas Gras de Pain et A., uxor ejus, dederunt nobis III. jornalia terre. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

ABBAYE DE BEAUGERAIS

Article 88.

(1 pièce.)

1153 environ[1]. — LETTRES DE FONDATION DE L'ABBAYE DE BEAUGERAIS PAR HENRI II, ROI D'ANGLETERRE. — H[enricus], rex Anglie et dux Normannie et Aquitanie et comes Andegavie, archiepiscopo Turonensi, et justiciariis, et omnibus ministris, et fidelibus suis Turonie et Normannie, salutem. Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse fratribus de Baugezio locum de Baugezio, in quo habitant, et quicquid eis datum est vel dabitur rationabiliter. Preterea concedo quod predicti fratres suscipiant ordinem et imitationem de ecclesia Sancte Barbare in Normannia[2]. Quare volo et firmiter precipio quod predicti fratres predictum locum suum habeant et teneant, et quicquid eis datum est vel datum fuerit rationabiliter, bene, et in pace, et libere, et quiete, et integre, et honorifice. Et prohibeo ne eis inde aliquam faciatis injuriam vel contumeliam vel fieri permittatis. T[estibus] : Hugone, abbate de Landesio; Ricardo de Humeneto, conestabulario; Ricardo de Canvilla; Roberto de Brierec[3]; Stephano de Turoni; Gaufrido Forester. Apud Castellionem in Bituria. — *(Orig. parch., sceau perdu.)*

1. Ce document semble contemporain d'un autre sur le même sujet émané de l'archevêque de Tours, Engelbault, daté de 1153. (Cf. *Gallia,* t. XIV, *Instrumenta,* col. 85.)

2. Sainte-Barbe-en-Auge (O. S. A., commune de Mézidon, Calvados). L'abbaye de Beaugerais ne suivit pas longtemps la règle de saint Augustin; peu après 1168, le roi Henri II la donna aux moines Cisterciens de l'abbaye angevine du Louroux. *(Gallia,* t. XIV, col. 330.)

3. L'éditeur du *Liber Albus capituli Cenomanensis,* qui a rencontré ce personnage témoin de deux chartes du roi Henri II, a lu : *Roberto de Briec.* Sur le document que nous publions le mot *Briec* est accompagné d'un signe qui semble indiquer l'abréviation de Brierec (Cf. *Liber Albus,* pp. 6 et 11). Par contre, le *Liber Albus* nous permet de compléter le nom du connétable qui, sur le document, est donné sous la forme abrégée de *Ric. de Hum.*

ABBAYE DE NOTRE-DAME DE BONPORT

Article 39.

(3 pièces.)

1. — 1234, 16 juin. — VENTE PAR THIBAUD ET ADA, SA FEMME, AUX RELIGIEUX DE BONPORT, DE TOUT CE QU'ILS POSSÉDAIENT DES DIMES DE PERCHAY ET DE SANTEUIL. — Noverint universi tam presentes quam futuri quod ego Theobaldus de Monasterio de Brienchon, de assensu et voluntate Ade, uxoris mee, et heredum meorum, vendidi et concessi monachis de Bono Portu, Cisterciensis ordinis, pro novies viginti libris parisiensium, quas ab eisdem integre recepi, quicquid habebam in decimis de Percheio et de Santolio, cum omni dominio et omni jure quod in illis habebam vel habere poteram, promittens, prestito sacramento corporali, predicta omnia me dictis monachis contra omnes qui in supradictis decima et dominio possunt aliquid de jure reclamare garantizaturum. Juravimus insuper ego et uxor mea Ade, tactis Sacrosanctis Evangeliis, quod in dicta decima et in aliis prenominatis, racione cujuscumque juris, elemosine, sive dotis, vel aliqua alia racione nichil de cetero reclamabimus vel reclamari faciemus, nec dictos monacos coram aliquo judice seu ecclesiastico vel seculari molestabimus vel molestari faciemus. In cujus rei testimonium presentibus litteris sigillum meum apposui. Actum anno Domini M° CC° XXX° quarto, feria sexta post Pentechostes, mense junii. — *Au verso, de même écriture :* Theobaldus de Briencon : de decima de Percheio et de Santolio. — *(Orig. parch., scellé de cire brune sur double queue de parchemin.)*

2. — 1239, septembre. — VENTE PAR GÉRAUD ET ARNULFE JAMBON, DE VIGNY, FRÈRES, AUX RELIGIEUX DE BONPORT, DES DIMES QU'ILS AVAIENT SUR LE TERRITOIRE DE PERCHAY ET DE SANTEUIL. — Noverint universi quod, cum nos Geroudus et Arnulfus, fratres, dicti Jambon, de Vignei, in periculo animarum nostrarum, per longum tempus detenuissemus quasdam decimas, in territoriis de Percheio et Sanctolio sitas, viri religiosi abbas et conventus Beate Marie de Bono Portu, Cisterciensis ordinis, quicquid juris hereditatis et possessionis habebamus et habere possemus, ratione hereditatis sive quolibet

alio modo, a nobis redemerunt pro centum libris parisiensium, de quibus nos tenemus pro pagatis; juravimus etiam, tactis Sacrosanctis Evangeliis, spontanea voluntate, quod in dictis decimis, ratione hereditatis, dominii, elemosine, sive qualibet alia ratione nobis modo vel de cetero competenti, in aliquo foro ecclesiastico sive seculari nichil reclamabimus... In cujus rei testimonium et munimen, presentes litteras dictis monachis tradidimus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Actum anno Domini M° CC° tricesimo nono, mense septembri. — *(Orig. parch., scellé primitivement de deux sceaux, dont un seul subsiste, en cire brune sur double queue de parchemin.)*

8. — 1452, 20 juillet. — ACCORD RELATIF AUX DIMES SITUÉES SUR LES PAROISSES DE MARINES, DE SANTEUIL ET DE PERCHAY. — Universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Notum facimus quod nos Petrus de Ponte, in artibus magister, et Andreas Legati, in jure canonico licenciatus, presbiteri, arbitri, arbitratores seu amicabiles compositores a partibus infra nominatis unanimiter electi, quod, cum litis materia seu discordia fuerit... inter reverendos et venerabiles patres et dominos abbatem et conventum Beate Marie de Becco Heloyni, ordinis Sancti Benedicti, abbatem et conventum Beate Marie de Bono Portu, Ebroicensis diocesis, et priorem de Cornellya, actores consortes, parte una, et priorem curatum de Marinez, membrum monasterii Sancti Vincencii, Silvanectensis diocesis, reum seu sui juris legittum deffensorem, parte altera; videlicet racione et ad causam certarum peciarum terre decimarum situatarum in territorio de Marines, de Santolio et Percheyo, in vicariatu Pontisare et V[. . . . .], mota et pendens coram preposito Pontisare, et consequenter coram nobili et potenti viro ballivo Silvanectensi; dicebantque dicti abbates et prior de Cornellia ac pretendebant ex nunc et ab antiquo habere jus et causam, certo titulo, percipiendi decimas grossas crescentes et provenientes in territorio de Marines, in terris in quibus ipsi actores percipiunt campi partem et que movent de dominis temporalibus de Santolio et Percheyo et Marinis, in quadam cultura nuncupata cultura Ayloys, continenti de sexdecim ad decem et octo arpentis terre; item in cultura nuncupata cultura Rotonda et pluribus terris declaratis in peticione actorum, et de dictis terris pro decima ipsos spectanti erant in bona, pacifica et quieta possessione, a tali et tanto tempore quod memoria hominum non erat in contrarium, ut dicebant: dictus vero prior et curatus de Marines in contrarium asserebat

